

www.e-rara.ch

Biblia Veteris ac Novi Testamenti

Pagnini, Sante

Basileae, 1564

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1502>

Sapientia Iesu filii Sirach, sophia Iēsou hyou Sirach, vulgo Ecclesiasticus

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

- dati, ut filij tui nullo incommodo affecti conseruarentur, de integro rursus aliam figuram induerant:
- 7 Nubes castra obubrabat, & quæ aquis prius occupata erat terra, emergens sicca apparuit, iterque item expeditum è Mari rubro, & herbosus è violento gurgite campus:
- 8 Per quem tota gens transit, hi qui tua prorecti manu, stupenda miracula conspexerunt.
- 9 Nam in modum equorum hinnierunt, moreque agnorum exultauerunt, te liberatorem, ô Domine, decantantes.
- C 10 Meminerant enim adhuc rerum actarum in peregrinatione sua, quemadmodum pro animalium sobole terra protulisset insecta, & pro piscibus multitudinem ranarum fluuius euomisset.
- Exod. 16. d. 13 11 Nouissimè autem viderunt nouam auium
Num. 11. g. 31 progeniem, quum permoti cupiditate delicatos cibos postulassent.
- 12 Nam ad solatium eorum sublimis à Mari co-
turnix aduolauit, porrò sceleratis poenæ prægressis fulminum vi signis irrogatæ fuerunt, quas iustè sua nequitia meriti patiebatur, quum grauiorem inhospitalitatem exercuissent.
- 13 Nam alij ignotos homines, quum ad ipsos venissent, non recipiebant: alii hospites bene meritos in seruitutem redigebant.
- 14 Neque solùm hoc, sed siqua ipsorum esset visitatio, quoniam alienigenas inimicè recipiebant.
- 15 Alij item quos festorum celebritate excepissent, admissos iam in eiusdem iuris communionè grauissimis laboribus afflixerunt.
- 16 Itaque cæcitate etiã percussi fuerunt, ut quodam ad iusti fores illi qui vastis circumsepti tenebris, suarum quisq; forium aditum quærebant.
- 17 Etenim elementa per se aptè transponuntur, quemadmodum in psalterio soni nomen com-
centus permutantes, sonum tamen semper aliquem retinent: quod licet ex animaduersione rerum actarum exactè conicere.
- D 18 Aquaticis enim commutabantur terrestria, & natatilia in terram transibant.
- 19 Ignis in aqua virium suarum immemor valebat, & aqua naturæ extinctricis obliuiscatur.
- 20 Flammæ rursus animalium, quæ corruptioni obnoxia sunt, corpora in his inambulantium nulla tabe affecerunt, nec ad liqueendum natum glaciale ambrosij cibi genus liquefecerunt.
- 21 Per omnia enim, ô Domine, amplificasti populum tuum, gloriæque ornauisti, nec ei villo tempore aut loco præsens adesse es dedignatus.

Sapientia Iesu filii Sirach, Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιραχ.
vulgò Ecclesiasticus.

PRAEFATIO SAPIENTIAE IESV FILII SIRACH.
NOVA EX GRÆCO TRANSLATIO.



- VLTA & magna nobis per Legem & Prophetas, cæterosq; qui illos sunt consequuti, tradita fuerunt, quorum nomine summa doctrinæ sapientiæque laus Israeli meritò tribuenda est.
- 2 Ex quibus oportet non lectores solùm doctos eruditosque existere, verumetiam homines earum rerum studiosos eam facultatem comparare, ut & loquendo & scribendo exteris vtilis esse possint.
- B 3 Ex eorum numero Iesus auus meus, quum in legenda Lege, ac Prophetis, cæterisque libris qui à patribus traditi sunt, plurimum studij operæque posuisset, in hisque satis exercitationis ac facultatis comparasset: in eam est indutus voluntatem, ut ipse quoque aliquid scriberet eorum quæ ad doctrinam & sapientiam pertinerent:
- 4 Ut studiosi atq; huiusmodi rebus dediti, hac viuendi in Lege ratione ac consuetudine maiores progressus facerent.
- 5 Vos igitur monitos volo, & hortor, ut cum beneuolentia atque attentione hæc legatis: veniamque detis, si minus assequuti esse videamur vim quarundam dictionum, quas interpretando exprimere conati sumus.
- 6 Neque enim hæc ipsa eadem vim habent eandem quum Hebraicè dicuntur, & quum alienam in linguam transferuntur.
- 7 Neque verò hæc solùm, sed etiã cætera, atq; adeò ipsa Lex, ac Prophetæ, alique libri non paruam habent dissimilitudinem & differentiam, quum suo ac proprio sermone explicatur.
- 8 Ego autè anno trigésimo octauo regis Euergetæ, quum venissem in Ægyptum, ibique aliquandiu comoratus exemplar non paruæ eruditionis reperissem: maximè necessarium sum arbitratum, aliquid studij, operæ, laborisq; in eo adhibere, ut hunc librum in aliam linguam conuerterem.
- 9 Nam in hoc quidem temporis spatio multum vigilæ, scientiæque adhibui, ut liber ad finem perductus ederetur, utque hi qui in exilio cupiunt discere, suos in Lege mores conformantes vitam degerent.
- ALIA INCERTI AVTHORIS
PRAEFATIO.
- 1 Iesus hic, Sirach quidem filius fuit, nepos verò Iesu eodem appellati nomine.
- 2 Vixit autè posterioribus temporibus, postquam populus in captiuitatem abductus est, & in patriam reuocatus, atq; adeò post omnes ferè Prophetas.
- 3 Porrò auus eius Iesus, quemadmodum ipse testatur, vir fuit inter Hebræos summa cum industria

dustria, tum prudentia:
 4 Qui non solum aliorum qui ante se fuerunt hominum sapientum sapienter dicta collegit: sed ipse etiam quaedam priuatim commodè ac scitè pronuntiauit multæ intelligentiæ ac sapientiæ plena.
 5 Quum igitur hunc librum propè collectum Iesus ille primus vita defunctus reliquisset, Sirach post mortem illius eundem acceptum Iesu filio suo tradidit.
 6 Qui quidem eum in manus sumptum concinne totum rededit in volumine: sapientiamque non solum & patris, sed etiam aui sui nomine appellauit: ut hoc Sapientiæ nomine, studium

amoremque auditoris ad ipsius libri meditationem alliceret.
 7 Itaque hic quidem liber dicta sapientia, atque ænigmata, similitudinesque continet, tum singulares quasdam veteres Diuinasque historias, etiam virorum qui Deo grati extiterunt, quibus oratio eius laudatioque accedit.
 8 Præterea quibus Deus beneficiis populum suum dignatus affecerit, & quibus malis hostes eius cumularit, in eodem libro memoratur.
 9 Hic Iesus Solomonis fuit affectator, nec minorem doctrinæ sapientiæque laudem quam ille, adeptus est: ut qui verè multifidus & ipse fuerit, & appellatus.

Ecclesiasticus.

NOVA EX GRÆCO TRANSLATIO.

CAPVT I.

4 Sapientie laudatio. 11 Timor siue religio Domini. 33 In quo consistat studium sapientie. 34 Quomodo ad eundem sapientia.



1 MNIS Sapientia à Domino manat, & cum eo est in perpetuum.

2 Arenam maris, & guttas pluuiæ, aut dies seculi, quis enumeret? altitudinem cæli, ac terræ latitudinè, profundumque abyssi, & sapientiam quis inuestiget?

3 Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inuestigauit?

4 Rerum omnium prima creata est sapientia, & prudentiæ intelligentia iam inde à seculo.

5 Fons sapientie verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata eterna.

Rom. 11. d. 34 6 Radix sapientiæ cuiusnam est reuelata? & astutias eius quis cognouit?

7 Disciplina sapientie cui reuelata est, & manifesta, & multiplicationem ingressus illius quis intellexit?

8 Vnus est sapiens vehementer metuendus, qui in folio suo sedet.

9 Dominus ipse creauit eam ac vidit, illamque dinumerauit.

10 Et effudit eam super omnia sua opera, ac super omnem carnem pro munificentia sua, atque hominibus sui amantibus illam exhibuit.

11 Timor Domini gloria est, & gloriatio, & lætitia, exultationisque corona.

12 Timor Domini delectat cor, ac lætitiã, gaudium, vitamque longam impertit.

13 Timèti Dominum bene erit ad extremum, atque in die mortis suæ beatus erit.

14 Dilectio Dei honorabilis sapientia:

15 Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum.

Proue. 1. d. 7, & 9. c. 10
 Psal. 110. d. 12 16 Initium sapientiæ timere Deum, & vnã cum fidelibus creata est in vtero: nidum fundauit æternum inter homines, eorumque semini se concedet.

17 Timor Domini, scientiæ religio sitas.

18 Religio sitas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit.

19 Timenti Dominum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur.

20 Reuereri Dominum plenitudo est sapientiæ, quæ fructibus suis studiosos sui exaturat.

21 Vniuersam domum ipsorum bonis desideratis implebit, ac suis cellas prouentibus: utraq; enim dona Dei sunt ad pacem.

22 Corona sapientiæ timor Domini, germinat pacem atque incolumitatem salutarem: qui autè ipsum diligunt, eos ad gloriandum dilatat.

23 Et vidit, & dinumerauit ea: utraq; autè sunt dona Dei.

24 Scientiam atque facultatem intelligendi effundit sapientia, & eos qui ipsam amplectuntur, extollit gloria.

25 Timere Dominum radix est sapientiæ, atque eiusdem rami vitæ propagatio diuturnæ.

27 Timor Domini peccata depellit, & quadiu præsens est, iram auertit.

28 Vir iracundus non poterit censerì iustus: nam ruinam ei creat ipsius ad iram procliuitas.

29 Qui patiens est, ad tempus præstabit tolerantiam: postea ei lætitia exorietur.

30 Verba sua ad tempus suppresserit, & labia multorum consilium eius enarrabunt.

31 In thesauris sapientiæ lateret scientia,

32 Scelerato verò pietas est execrabilis.

33 Sapientiam si cupis, fac serues mandata, & Dominus tibi eam largietur.

34 Nam sapientia & eruditio timor Domini est,

35 Et gratæ sunt ei fides ac mansuetudo.

36 Ne diffidas timori Domini, & ad eum corde duplici ne accesseris.

37 Ne conformes te ad sermones hominum, neque labiis tuis confidas.

38 Ne extollas te ipsum, ut ne cadas, atque animæ tuæ dedecus afferas:

39 Detegatque Dominus secreta tua omnia, & in medio cœtu te prosternat,

40 Eo quòd ad timorem Domini non accesseris in veritate, & cor tuum doli plenum fuerit.

CAPVT II.

1 Seruis Dei expectanda afflictio. 6 Fides & spes in Deum habenda.

1 Fili, si tu instituisti seruire Deo, fac animum tuum ad tentationem præpares.

2 Dirige cor tuum, ac tolera: & in tempore incursionis ne festines.

3 Adhærescas ei, & ne desciscas: ut extremo tempore tuo amplificeris.

4 Quicquid tibi acciderit, libèter suscipe: atque in commutatione afflictionis tuæ patientiam habe.

5 Quoniam aurum igni probatur, & homines

Matth. 4. d. 1
 2. Tim. 3. c. 12
 1. Pet. 4. c. 12
 Sapient. 3. d. 6
 Proue. 17. d. 4

- probabiles in fornace afflictionis.
- B 6 Habeto ei fidem, & suscipiet te: dirige vias tuas, spemque tuam in eo reponas.
- 7 Metuentes Dominum sustinete misericordiam eius: & non deflectatis ab illo, ne cadatis.
- 8 Qui timetis Dominum, ei fidem habetote, nec merces vestra intercider.
- 9 Qui Dominum timetis, sperate bona, lætitiãque sempiternam & benignitatem.
- 10 Qui reueremini Dominum, expectate misericordiã eius, & ne declinetis, vt nõ cõcidatis.
- 11 Respicite in prisca retrò secula, & cõsiderate: quis suam in Domino fixit fiduciã, & pudore affectus est?
- Psal. 37. c. 25
Esa. 2. c
C 12 Quis in timore eius permansit, & fuit derelictus? quis eũ inuocauit, qui ab eo speret fuerit.
- C 13 Nã misericors & clemens est Dominus, summãque tum pacienciã, tum misericordiã: qui & peccata remittit, & salutẽ affert in afflictionis tempore.
1. Re. 18. d. 21
14 Vã cordibus timidis, remisissique manibus, & peccatori duabus viis ingredienti.
- 15 Vẽ cordi collapsõ, quia nullam habet fidem: ideo protectione quoque destituetur.
- 16 Vã vobis qui pacienciã amisistis.
- 17 Quid enim facietis, quũ Dominus inspexerit?
- 18 Qui Dominũ reueretur, non diffidit verbis eius: qui diligunt eum, vias ipsius conseruabunt.
- 10ã. 14. d. 24
19 Qui Dominum reueretur, inq̃rẽt quã grata sũt illi: qui diligunt eũ, Lege ipsius implebuntur.
- 20 Qui timent Dominũ, sua præparabunt corda: atque animas suas coram illo humiliabunt.
- 21 Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & pacienciã habebunt vsque ad inspectionem illius,
4. Reg. 24. c.
12
22 Dicentes, Si poenitentiam non egerimus, Incidemus in manus Domini, non in manus hominum.
- 23 Nam quanta est maiestas eius, tanta eiusdẽ misericordia est.
- CAPVT III.
- 2 De parentibus honorandis. 19 Mansuetudo. 20 Humilitas.
22 Arcana Dei nõ inquirẽda curiosis. 27 Cor prauũ. 30 Superbi.
31 Cor sapiens. 33 Eleemosyna.
- 1 Filij sapientiã, ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia & dilectio.
- 2 Iudicium patris audite filij, & sic facite vt salui sitis.
- Exo. 20. d. 6
Deut. 5. b. 10.
Ephes. 6. a. 2
3 Dominus enim honorem tribuit patri in obseruantia filiorũ, & iudicium matris in filios confirmauit.
- 4 Qui reueretur patrem, expiat peccata:
- 5 Et recondit sibi quasi thesaurum, qui matrẽ suam honorat.
- 6 Qui reueretur patrem, lætitiã ex liberis percipiet, atque in die precationis suã exaudietur.
- 7 Qui honorat patrẽ, longa vita perfruetur: & qui audit Dominum, matrẽ suam recreabit.
- 8 Qui timet Dominum, patrẽm honorabit: & parentibus tanquam dominis inseruiet.
- B
Exo. 20. c. 12
Deut. 5. b. 10
Matt. 15. d. 4
Marc. 7. b. 7
Ephes. 6. d. 2
Gen. 27. d. 27
Deut. 33. d. 1
9 Tam factis quã dictis patrẽm matrẽmque honora,
- 10 Vt ab hominibus ad te benedictio pueniat.
- 11 Nã bona patris precatio domos liberorũ stabiliet: dira verò matris imprecatio eruit fundamenta.
- 12 Ignominia patris tui ne gloriaris: non enim gloriã tibi est patris infamia.
- 13 Gloriam enim homini honore patris cõpara-

- tur, & opprobrio liberis est ignominia mater affecta.
- 14 Fili, subleua patrem tuum in senectute, neq; in vita tua eum molestia afficias.
- 15 Quòd si sensu destituatur, ignosce ei, ac caue ne tuis fretus viribus illum despicias.
- 16 Neque enim tributa patri benignitas dabitur obliuioni, atq; aduersus peccata tibi propugnaculum extruetur.
- 17 Recordabitur tui in die afflictionis tuę: & vt per serenitatem glacies, ita peccata tua dissoluentur.
- 18 Quã infamis est desertor patris: & maledictus à Domino, qui mouet indignationẽ matrĩ suã.
- 19 Fili, res tuas cum mansuetudine perage, & homini probato charus eris.
- 20 Quãto maior es, eo te geras summissius, & gratiam apud Dominum reperies: multi quidem altitudine fortunã gloriãque excellunt, sed mansuetis reuelantur arcana.
- 21 Quoniam potẽtia Domini magna est, & ab humilibus gloriam consequitur.
- 22 Difficiliora quã quibus par sis, inconsideratẽ ne quãras: & quã tuas superant vires, ne stultẽ exquiras.
- 23 Quã tibi mandata sunt à Deo, ea sanctẽ meditare: neque enim opus est tibi, quã sunt arcana, oculis cernere.
- 24 Quã non necessaria, sed superuacanea sunt orationi tuã, ea curiosẽ ne tracta.
- 25 Nam plura quã humanus sensus capiat, tibi patefacta sunt.
- 26 Multos enim decepit vana de se suscepta opinio, & praua cogitatio eorum sententiã labefactauit.
- 27 Cor pertinax malum tãdem accipiet: & qui periculum amat, in illo peribit.
- 28 Pupillis orbis, lumine carebis: cognitionẽ autem cuius expers es, ne profitearis.
- 29 Cor durũ grauabitur laboribus, & sceleratus peccata peccatis cumulabit.
- 30 In persuasione superbi nullum est remediũ: gressus eius conuellentur, quoniam in eo radices egit planta malitiã.
- 31 Cor hominis intelligentis recõditos sermones meditatatur, & aurẽ attentã sapiens experit.
- 32 Sapiens cor & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiã successus habebit.
- 33 Ignem aqua ardentem extinguit, & peccatum expiat misericors benignitas:
- 34 Et Dominus qui gratiã reddit, memor erit in posterum, vt author in tempore casus sui firmamentum inueniat.

CAPVT IIII.

- 1 Nõ auertendus oculus à paupere. 10 Iudex sit misericors erga pueros.
12 Redi ad sapientiã commendationẽ. 18 Tentatio sequitur studiosos sapientiã.
23 Tempus. 26 Mendaciũ. 28 Sapientiã. 30 Veritas. 31 Peccatũ. 32 Potens. 33 Iustitiã.
34 Lingua. 35 Scititia fugienda. 36 Auaritiã.

- 1 Fili, ne defraudes pauperem victu, nec oculos egenos spe diu produxeris.
- 2 Animam esurientẽ ne molestia afficias, neque quãquam in sua inopia de die in diem ducas.
- 3 Cor exacerbatum ne perturbes magis: nec differas quod indigenti largiturus es.
- 4 Supplicem afflictum ne reicias, nec faciem auertas tuam à paupere.
- 5 Oculum ab egeno ne auertas, nec locũ tibi malẽ

Philip. 2. d. 3

Prou. 25. d. 27
Rom. 12. d. 3

D

Psal. 40. d. 2
Dan. 4. c. 24
Matth. 5. d. 7Deut. 15. d. 4
Tob. 4. b. 7
Matt. 23. c. 23
Luc 11. f. 41

malè precandi cuiquam des.

6 Nam quum tibi malè in acerbitate animæ suæ precabitur, eius precationem exaudiet qui creauit eum.

7 In cœtu multitudinis exhibe te amabilem, & principi caput tuum summitte.

8 Inclina aurem tuam pauperi sine vlla offensione, & quæ sunt amica responde ei cum mansuerudine.

Genes. 14. c.

14

Exod. 2. b. 11

Prouerb. 4.

a. 1

9 In iuriam patientem eripe è manu iniuriam inferentis, neque in vindicando animum paruum habeas.

10 Instar patris esto pupillis, & loco viri matri illorum:

B 11 Et eris tanquam filius Altissimi, qui te chariorem, quàm mater tua, est habiturus.

12 Sapientia filios extollit suos, atque eos amplectitur qui ipsam quæerunt.

13 Qui diligit eam, vitam diligit: & qui mane ad illam vigilant, replebuntur lætitia.

14 Qui apprehendit eam, hæreditate gloriam consequetur, & quam vitæ viam fuerit ingressus, eam Dominus fortunabit.

15 Qui colunt eam, inseruient sancto: & qui diligunt illam, à Domino diligentur.

16 Qui obtemperat ei, gentes iudicabit: & qui illi attendit, securè habitabit.

17 Si fidem ei habuerit, hæres eius erit: & possessionem retinebit eiusdem progenies.

C 18 Nam obliquè primum cum eo ambulabit,

19 ac timorem metumque ei asseret, atque in disciplina sua cruciabit: donec exploratum habuerit animum eius atque per iura sua eum tentauerit.

20 Tum demum rursus ad eum rectà redibit, 21 illumque exhilarabit, atque ei patefaciet arcana sua.

22 Si autem deerrauerit, eum derelinquet, tradetque in manus ruinæ eius.

Rom. 12. c. 11

23 Obserua tempus, atque malum caueas.

24 Neque te pudeat, quum tua agitur anima.

25 Est enim pudor peccatum trahens secum: est itè pudor qui gloriam gratiamque conciliat.

26 Ne accipias personam aduersus tuam animam, neque eam verearis in ruinam tuam.

Prouerb. 24.

b. 17

27 Ne reueraris proximum tuum in casu suo.

28 Tempus salutis nactus, ne comprimas sermonem, neque sapientiam tuam celes, quum illustranda est.

D

29 Nam ex sermone sapientia cognoscetur, atque ex verbis linguæ eruditio.

30 Ne vlla in re veritati contradicas, quin potius te in mendacio tuæ inscitia pudeat.

31 Ne verearis cõfiteri peccata tua, nec cursum fluminis vi cohibeas.

32 Ne te submittas stulto homini, ac personam potentis ne accipias.

33 Usque ad mortè decerta pro veritate, & Dominus Deus pro te pugnet.

34 Ne sis audax in lingua tua, atque in operibus tuis piger ac remissus.

35 Ne te geras domi tuæ instar leonis, nec in domesticos tuos insanè sæuias.

Act. 20. g. 35

36 Ne manū porrectā ad accipiendum habeas, ad reddendum verò contractam.

CAPVT V.

1 Diuitis nõ fidendum. 3 Contemptus Dei. 5 Remissio peccati. 10 Diuitia. 11 Inconstantia. 12 Via Domini. 13 Sermo. 15 Lingua. 16 Susurro.

1 **N**E confidas tuis diuitiis, neque dicas, Ad vitam meam abundè instructus sum.

Luc. 12. b. 15

2 Ne indulgeas animo tuo, ac potentia tuæ, vt in viis cordis tui ambules.

3 Ne dicas, Quis me propter opera mea in potestatem suam rediget? Dominus enim vindex petulantiam tuam vindicabit.

4 Ne dixeris, Peccaui: & quid mihi acerbum accidit? Dominus patiens est, non te dimittet.

B

5 De venia ne sis nimium securus, vt peccata peccatis cumules.

6 Ac ne dicas, Misericordia eius plurima est, multitudinem peccatorum meorum mihi ignoscer.

Infr. 21. a. 1

7 Tã enim ira, quàm misericordia ab eo proferabit, ac super sceleratos furor eius requiescer.

Infr. 16. b. 13

8 Ne differas cõuerti ad Dominum, nec diem ex die ducas.

9 Nam subito ira Domini erumper, & quum securus eris, profligaberis, atque in tempore ultionis peribis.

C

10 Ne animum adicias ad diuitias iniustas: nihil enim proderunt in tempore incursionis.

Proue. 10. d.

11 Ne agiteris omni vento, neque omnem viam ingrediaris: sic enim sceleratus qui bilinguis est.

2. & 11. d. 4

Exec. 7. d. 19

12 In tuo sensu certo constans esto, atque vnus & idem sit sermo tuus.

13 Ad auscultandum quæ sunt bona, promptus esto: ad respondendum verò quod est rectum, moderatus.

Iacob. 1. c. 19

D

14 Si est tibi intelligentia, respõde proximo: minus, manus tua ori tuo sit admota.

15 Gloria, & ignominia orationis comes est, & sua cuique lingua ruinam affert.

16 Ne appelleris susurrator, neque lingua tua cuiquam insidias facias.

17 Furem enim grauis sequitur ignominia, bilinguem verò pessima damnatio comitatur.

18 Nullius rei tam paruæ, quàm magnæ ignarus sis.

CAPVT VI.

1 Bilinguis. 2 Superbia. 5 Verbum dulce. 18 Doctrinam amplectendam suadet.

1 **N**E ex amico efficiaris inimicus: nomen enim malum, ignominiam, opprobriumque vir huiusmodi adipiscetur. Ita bilinguis improbus infamia notabitur.

2 Ne efferaris animi tui consilio, ne quasi taurus discerpatur anima tua.

Rom. 12. c.

16

3 Folia tua comedes, fructusque tuos perdes, atque te ipsum velut arborem aridam destitues.

Philip. 2. d. 5

4 Anima improba disperdet possidentem se, irrisioni que hostium eum exponet.

5 Suavis oratio multos sibi amicos conciliat, linguaque bene loquens, multorum commodos allicit sermones.

Infr. 20. b. 13

6 Fac beneuolos habeas multos, at vnum de mille consiliarium.

7 Amicum paraturus, experimèto probatum para, nec eius fidei temerè te committas:

Deu. 13. b. 6

33. b. 8

8 Nam est amicus suo seruiens tempori, qui in tempore calamitatis non permanebit.

Mich. 7. d. 5

9 Est item amicus qui in inimicum ita cõuertitur, vt per iram opprobrium tuum proferat.

Mat. 10. d. 35

- Infrà 37. d. 5*
B 10 Est etiã amicus mensæ particeps, qui in die afflictionis tuæ te derelinquet.
 11 Secundis rebus tuis erit sicut tu, atque in domesticos tuos summa utetur libertate:
 12 Quòd si fueris afflictus, erit contra te, & à facie tua se abscondet.
 13 Inimicos tuos deuita, & à tuis amicis caue tibi.
 14 Amicus fidelis firmum est præsiðiũ: qui talem nactus est, thesaurum inuenit.
 15 Fidelitas amici nulla re permutari potest, nec vllò pondere pulchritudo eius æstimari.
 16 Amicus fidus medicina vitæ est, & qui Dominum timent, talem nanciscuntur.
 17 Qui Dominum reueretur, amicitiam suam constituet, quoniam tanquam alter ipse erit proximus eius.
 18 Fili à iuuentute tua delige disciplinam, & sapientiam ad canos vsq; duraturam inuenies.
 19 Quasi qui ares ac seras, accede ad eam, & bonos ab ea fructus expecta.
Infrà 51. d. 35
C 20 Nam in cultura eius nõ multum laboraueris, quin de prouentibus eius mox comedas.
 21 Quàm valde aspera est imperitis: nõ permanebit in ea excors.
 22 Tanquam lapis probator grauis erit in eo, nec moram interponet quin eam abiiciat.
 23 Nam sapientia nomine solum suo illis, non re vera multis nota est.
 24 Audi fili, ac sententiam meam amplectere, & consilium meum ne asperneris.
 25 Pedes tuos in compedes eius insere, & ad numellam eiusdem alliga ceruicem tuam.
Matt. 11. d. 39
D 26 Humero tuo subiecto sustine illam, neque indignè seras vincula eius.
 27 Toto animo tuo accede ad eam, totisque viribus vias eius conserua.
 28 Inuestiga & inquire, & tibi cognoscenda dabitur: eamque semel adeptus, ne dimittas.
 29 Ad extremũ enim eius requiem inuenies, eaque tibi in læticiam conuertetur.
D 30 Tum erunt compedes eius pro præsiðio tibi validissimo, eiusdemque numellæ pro amictu præclaro.
 31 Ornatus enim aureus in ea est, & nexus hyacinthinus vincula eius.
 32 Vt vestem gloria præstãtem indues eã, coronamque læticiæ plenam tibi impones.
 33 Si volueris ò fili, doctus eris: & si animum tuum intenderis, euades callidus.
 34 Si affectus fueris studio audiendi, prudentiã percipies: & si aurem tuã inclinãris, adipisceris sapientiam.
Infrà 8. d. 9
D 35 Consiste in cœtu senum, & si quis est sapiens, ei adhære: narrationẽ Diuinã omnẽ libẽter audias, nec te recondita prudentiæ dicta fugiãt.
 36 Si tu videris intelligentem, mane ad eũ propera, & limina forium eius pes tuus atterat.
Psal. 1. d. 2
D 37 Perfectè perpende præcepta Domini, & eiusdem mandata perpetuò meditare: ipse cor tuũ confirmabit, & dabitur tibi desideriuũ sapientię.
- CAPVT VII.
- 1 Peccata diligenter esse fugienda. 22 De familia & re domestica.
N Equid mali facias, & malum te non comprehendet.
 2 Recede ab eo quod est iniquum, & declinabit à te peccatum.
 3 Fili, ne committas semen sulcis iniustitię, ne

- septies tanto ampliorem inde messem facias.
 4 Principatũ à Domino ne peras, nec à Rege sedem magnificam.
 5 Ne iustitiam tuam coram Domino vèdites, nec apud Regem ostentes sapientiam. *Iob 9. d. 1. c. 20*
 6 Iudex esse ne contendas, quũ iniuriis tollendis par esse non possis: nequando faciem potentis reformides, atque integritati tuę ponas offendiculum. *Psal. 142. d. 2*
 7 Nequid pecces in multitudinem ciuitatis, nec te in turbam præcipites. *Eccl. 7. c. 17*
 8 Caue peccati vinculum congemines, quum ne vnum quidem impune laturus sis. *Luc. 18. b. 11*
 9 In precatione tua ne paruo sis animo, neq; eleemolynas facere neglexeris.
 10 Ne dicas, Deus summus respiciet copiã munerum meorum, eaque me offerente accipiet. *Infrà 12. d. 5*
 11 Ne derideas hominem in acerbitate animæ suæ constitutum: est enim qui deiiciat, & idẽ extollat. *1. Samu. 2. b. 7*
 12 Ne confles mendacium aduersus fratrem tuum, nec idem struas in amicum.
 13 Ne velis vti vllò mendacio: non enim ad bonum tendit frequentatio eius.
 14 Ne sis garrulus in cœtu senum, nec in precatione tua verba iteres.
 15 Laboriosum opus ne oderis, nec agriculturam ab Altissimo creatam.
 16 In numerum sceleratorum ne te ascribas, sed vindictam memineris nullam morã esse facturam.
 17 Animum tuum admodum summitte: quoniam ignis & vermis supplicia sunt impii.
 18 Ne permutes amicũ vlla re eximia, nec fratrem sincerum auro Ophirio.
 19 Vxore sapiente ac bona ne excideris: nam gratia eius auro præstat. *C*
 20 Ne malè tractes famulũ operantẽ fideliter, nec mercenarium se tibi rotum impendentẽ. *Leuit. 19. c. 13*
 21 Famulum prudentem animo charũ habeas, nec defraudes eum libertate. *Infrà 33. d. 30*
 22 Pecudes si tibi fuerint, inspice eas: & si tibi vtilis sunt, apud te permaneant. *34. d. 27*
 23 Sũt tibi filij? instrue eos atque à prima ætate ceruicem eorum inflecte. *Deut. 25. d. 2*
 24 Filiæ tibi sunt? asserua corpus earum, nec faciem tuam ostendas eis hilarem.
 25 Eloci filiã, & magno opere perfunctus eris: cæterum viro prudenti eam muneri dato.
 26 Vxorem ex animi tui sententiã nactus, ne repudies; nec verò te permittas odiosã.
 27 Honorato patrem toto corde tuo, & dolorem matris tuæ ne obliuiscaris. *Suprà 3. b. 9*
 28 Memento quòd per eos natus es: & quam gratiã referes p meritis, quæ ab illis accepisti? *Tob. 4. d. 3*
 29 Toto animo Dominum reuerere, ac suspice sacerdotes eius.
 30 Omnibus dilige viribus eum qui te creauit: neque ministros illius derelinquas. *D*
 31 Time Dominum, sacerdotemq; honora: & partem, sicut mandatum habes, eis impertias. *Deut. 12. c. 18*
 32 Primitias, donaque piacularia, brachiorum munus, ac sanctificationis sacrificia, primitiãque sacrorum.
 33 Deinde pauperi manum tuam porrige, vt tua cõpleatur benedictio.
 34 Gratiõsa est apud omnes viuos munificentiã, ac ne à mortuis quidem prohibenda. *Tob. 1. d. 21*
 35 Ne desis lamentãtib; consolando, ac cũ lugẽtib; *Rom. 12. c. 15*

tibus lugeas.

- Mat. 25. d. 36 39 Ne te pigeat inuisere ægrotum: nam ex huiusmodi officiis charus eris.
40 In omnibus quæ dices, quæ ve facies, memento extremorum tuorum, & in æternum non peccabis.

CAPVT VIII.

- 1 **N**E concertes cum homine præpotente, ne in manus eius incidas.
2 Cum homine opulento ne contendas, ne se ex aduerso librans, pondus tuum eleuet.
3 Aurum enim multos perdidit, ac corda Regum peruertit.
4 Ne depugnes cum homine linguace, neque in ignem eius ligna congeras.
5 Ne colludas cum imperito, ne maiores tui ignominia afficiantur.
6 Homini à peccato recedenti probrum ne obiicias: sed memento nos esse omnes in crimine.
7 Ne vituperes hominem in ipsius senectute: nam ex nobis sunt qui consenescent.
8 Ne insultes mortuo inimicissimo tuo: sed memento, omnibus moriendum esse.
9 Ne negligas quæ à sapientibus sunt memorata, atq; eorum scitè ac commodè dicta meditare.
10 Ab illis enim disciplinam disces, & eam gratiam qua principibus facillè inseruias.
11 A sermonibus senum ne deerres: nam ipsi à principibus suis didicerunt.
12 Itaque sapere disces ab eis, atque in tempore opportuno respondere.
C 13 Ne accèdas carbones scelerati, neque incèdaris flammis ignis eius.
14 Ne inueharis in contumeliosum, ne tanquã subfessor ori tuo insidietur.
15 Nequid mutuo dederis homini te potèntiori: quòd si dederis, pro amisso habeas.
16 Ne spondeas quid maius quàm facultas tua patiarur: quòd si feceris, quasi sis persolurus, ita curam suscipe.
17 Ne litiges cum iudice: nam iudicium ex sententia illius fiet.
18 Ne iter facias cum homine audace, ne ingrauescat aduersum te: nam ipse faciet quod sibi libuerit, & tu cum stulticia eius peribis.
19 Ne committas pugnam cum iracundo, nec desertum cum eo perambules: quoniam pro nihilo sanguinem ducit, & vbi nihil est opis, prosterner te.
D 20 Ne consilium ineas cum stulto: neque enim dicta continere poterit.
21 Nihil agas secreti cum alieno: nescis enim quid ille pariat.
22 Ne aperias cor tuum cuius homini, ne falsam tibi gratiam referat.

CAPVT IX.

- 1 Vxor. 3 Meretrix fugièda. 14 Amicus. 22 Iustus. 23 Sermo.
1 **V**Xorem quã complecteris, ne prosequaris zelotypia, nec eam malam artem in te doceas.
2 Ne permittas animũ tuum mulieri, ne ipsa supra vires ascendat tuas.
3 Mulieri meretrici ne te des obuiam, ne fortè in laqueos eius incidas.
4 Mulierem cantatricè ne frequentes, ne for-

- tè artibus eius capiaris.
5 Ne contempleris virginem, ne in ornamentis venustatis eius offendiculum patiaris.
6 Ne des scortis animam tuã, vt hæreditatem tuam ne perdas.
7 In vicis vrbs ne circumspèctes, atq; in desertis eius ne oberres.
8 A muliere formosa auerte oculos, nec cõtempleris pulchritudinem alienam.
9 Pulchritudo enim multos adduxit in errorẽ, ex eãq; amor in modum ignis exardescit.
10 Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur.
11 Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt: colloquium enim illius quasi ignis exardescit.
12 Cum mulierq; maritata ne sedeas omnino.
13 Neq; cum ea compotandi gratia committas symbolũ, ne fortè ad eã animus inclinaret tuus, atq; affectu tuo in perniciem prolabare.
14 Ne relinquas veterem amicum: nam nouus illi nullo modo æquandus est.
15 Vinum nouum, amicus nouus: quòd si inueterauerit, cum læticia ipsum bibes.
16 Ne emuleris gloriam hominis scelerati: nescis enim quis eius exitus futurus sit.
17 Quæ placent impiis, tu ne probes: sed memento illos vsq; ad mortem nihil esse facturos quod iustum sit.
18 Procul absiste ab homine potestatem necis habère, & ita omni timida mortis suspitione vacuus eris.
19 Quòd si ad eũ accesseris, nequid delinquas, ne protinus vitam tibi eripiat.
20 Per medios te laqueos transire scito, ac super pinnacula vrbs deambulare.
21 Quàm poteris diligèntissimè, amicos explora: & cum sapientibus consilium conferas.
22 Viri iusti conuiuæ sint tui, & in timore Domini tua gloriatio.
23 Colloquia tua cum prudentibus habeas, atque in lege Altissimi sit omnis sermonis tui communicatio.
24 De manu artificis opus laudabitur: qui verò præest populo, ex oratione sua sapiens cognoscetur.
25 Formidãdus in ciuitate eius vir linguax, & suo temerarius sermone dignus erit odio.

CAPVT X.

1 De rectoribus. 7 Superbia. 15 Superbia. 22 Timor Dei.

- 1 **R**Ector sapiens erudit populum suum, & principatus viri prudentis moderatus erit.
2 Qualis gubernator ciuitatis est, tales quoq; sunt ministri eius: & mores principis cæteri omnes ciues imitantur.
3 Rex imperitus perdet populũ suum, at prudentia procerum vrbs incolis frequètabitur.
4 Potestas terræ in manu Domini est, is in tempore hominem vtilem in ea suscitabit.
5 Successus hominis est in manu Domini, qui personæ etiam ipsius scribæ gloriam apponit suam.
6 Ne succenseas proximo ob quauis iniuriã, ac cum perulantia contumeliosa nihil egeris.
7 Odiosa coram & Domino & hominibus superbia est, atque ex vtrisque committet iniqua.

- Iere. 27. a. 6. 8 Propter iniurias & cōtumelias, fraudēq; paratas opes, regnum ab vna ad aliam gentem transfertur.
 Dan. 4. c. 14
- 9 (Quid superbit terra & cinis?)
 10 Nam auaro quidem nihil iniquius esse potest, quippe qui animam suam venalē habeat: pro cuiusque vita sua quisque viscera eruat.
 11 Omnis potētatus breuis vita: languor prolixior grauat medicum.
 12 Tenacem morbū præcidit medicus, ita Rex hodie uiuus, cras moritur.
 13 Quid tandem superbit terra & puluis, quū vermes, ac serpentes, bestiāsque iure quodam hæreditario sit possessurus?
 14 Initiū superbix est defectio hominis à Domino, atque à creatore suo cordis auersio.
 15 Porro peccati origo superbia est: & qui præditus est ea, profundet execrabilia, donec tandem subuertatur.
 16 Propterea Dominus fastus superborum ignominia afficit, & eos subuertit ad extremum.
 17 Dominus principes detraxit de sedibus, eorumque in loco mansuetos collocauit.
 18 Radices gentiū superbarum extirpauit Dominus, ac loco earū humiles cū gloria plātauit.
 19 Dominus euertit regiones gentium, easque funditus aboleuit.
 20 Exiccavit eas, illāsque disperdidit, ac memoriam earum de terra deleuit.
 21 Memoriam superborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu.
 22 Superbia hominibus non est creata, nec ira furiosa progeniei mulierum.
 23 Est semen honoratū, semen scilicet hominis, semen infame, semē videlicet hominis, semen infame qui præcepta Domini violant: semen stabile sunt, qui timent Dominum, & honesta planta, qui eundem diligunt: semen infame sunt qui Legem negligunt, & semē fallax, qui præcepta violant.
 24 Inter fratres qui præest ipsis, honore præstat: qui verò Dominum reuerentur, apud eū gratia honorēque excellunt.
 Ne deficiat imperium, timor Domini impedit: at duritia & superbia imperium amittitur.
 25 Est diues, & honoratus, & pauper, & decus eorum est timor Domini.
 26 Non cōuenit, aut pauperem cordatū dedecore, aut diuitem improbum honore afficere.
 D 27 Principes, ac gubernatores, potentēsque honoribus excellent; at tamen nemo eorum timente Dominum maior est.
 Proue. 17. d. 2 28 Seruo prudenti liberi seruiunt, & sapiens quum eruditur, non murmurabit.
 2. Re. 12. c. 13
- 29 Ne causas nectas, quominus agas opus tuū, neque ipsius in difficili tempore per superbiam te pudeat.
 Proue. 12. b. 9 30 Pluris est enim qui operatur, & omnibus rebus abundat, quàm qui gloriose se iactat, & indiget pane.
 31 Fili, cum mansuetudine gloriam animæ tuæ concilia, & eam honore quem meretur, affice.
 32 Quis iustum dicat eum qui peccat in animā suam? aut illū honoret qui vitā suam infamat?
 33 Pauper ppter scientiā suam gloriam adipiscitur, & diues ppter suas diuitias est in honore.
 34 Qui verò pauper honoratus est, quanto idē

Ecclesiasticus.

diues esset honoratior? & qui inglorius est in diuitiis, quanto in paupertate esset magis?

CAPVT XI.

4 Superbia.

- 1 Sapiencia extollit caput humilis, & inter proceres illum collocat. *Genes. 41. c. 40*
 2 Ne laudes virū nomine pulchritudinis eius, nec propter formam quenquam vituperes. *Dan. 6. d. 3*
 3 Parua quidem inter volucres apis est, & fructus eius dulcedinis primas obtinet.
 4 Ne gloriaris amictu vestium, nec die honorifico efferaris: quoniam mirabilia sunt opera Domini, eiusque actiones hominibus occultæ.
 5 Multi tyranni humi resederunt: & de quo nulla erat opinio, diadema tulit.
 6 Multi potētes magnam subierunt infamiā, & gloria illustres in aliorum potestatem uenerunt. *1. Reg. 15. f. 28*
 7 Ne accuses quenquam priusquàm exploraris: fac priusquàm cognoscas, & tum demum reprehende. *Hester 6. c. 10. & 7. d. 10*
 8 Antequam audieris, nequid respondeas: nec institutum alterius sermonem vilo verbo interpelles. *Deut. 12. c. 14. & 17. b. 6*
 9 Ne cōtendas de eo quod tuā nullam in partem interest, nec in iudicio sceleratorum confideas. *Iosue 7. c. 22. & 17. c. 11*
 10 Fili, ne multis negotiis impliceris: si enim abundaris, non eris innocens: aut siquid percutus fueris, non assequeris: nec si aufugeris, effugies. *Prou. 18. c. 13*
 11 Est qui labore, moliatur, fatigat: qui tamen egeat multo magis. *B*
 12 Est rursus qui tardus, atque opis indigus, viribusque destitutus, & abunde pauper, *Matt. 19. c. 22*
 13 Quem Dominus benigno respiciat oculo, eumque ex humili conditione erigat. *1. Tim. 6. b. 9*
 Caput eius attollit à calamitate, ita ut multi spectantes admirentur. *Prou. 10. c. 13*
 14 Bona & mala, vita & mors, paupertas & diuitiā à Domino profiscuntur. *Iob. 1. c. 12*
 15 A Domino manat item sapientia, atque scientia, Legisque intelligentia: tum charitas, & bonorum institutio operum ab eodem oriuntur. *Ezec. 28. d. 4*
 16 Hominibus improbis cognata sunt error & tenebræ: & qui suis lætantur vitiis, in malitia consenescent.
 17 Donum Domini apud pios permanet, & fauor ipsius perpetuis procedit successibus.
 18 Est qui ditescat attentione ac tenacitate sua, atque hanc solam mercedis suæ partem consequatur. *C*
 19 Quum dicit, Naustus sum requiem, nunc bonis meis fruar assidue. *Luc. 12. c. 19*
 20 Ignorat planè quod eū tempus sit sequuturū, quod morietur, bona alienis sua relicturus.
 21 Fac in tuo stes ordine, in eoque assidue verseris: atque in tuo officio munerēque cōsenescas. *Matt. 10. c. 22*
 22 Ne mireris opera hominis scelerati: cōfide Domino, atque in labore tuo perseuera.
 23 Nam perfacile est in oculis Domini citò ac subito locupletare pauperem.
 24 Benedictio Domini merces pio proposita est, quæ facit breui tempore ut sclicitas illius efflorescat.
 25 Ne dicas, Quis meus est vsus iucundus, & quænam bona mihi posthac obuenient?
 26 Ne

26 Ne rursum dicas, Satis habeo, multaq; possideo: quid igitur mali in vita mihi posthac accidet?

Infrā 18. d. 25 27 In statu bono memor sis malorum: in malo verò, bonorum ne obliuiscaris:

28 Quoniam Domino facile est homini in tempore obitus digna factis rependere.

D 29 Afflictio horæ, deliciarum obliuionē affert, & acta hominis declarat ipsius exitus.

30 Ante mortem beatum neminem dixeris: nam in liberis suis vir cognoscetur.

31 Ne quemuis hominem in ædes tuas introducas: multæ enim dolosorum sunt insidiæ.

32 Vt perdix capta in cauea prospectat, sic cor hominis superbi: atque vt speculator ascendens, casum obseruat tuum.

33 Nam bona inuertens in mala, insidiatur: & quæ sunt laudabilia, criminosè vituperat.

34 A scintilla parua exardescit focus: ita homo sceleratus insidiatur vsque ad sanguinem.

35 Ab homine caue malefico, (molitur enim quæ sunt praua) ne notâ tibi perpetuâ inurat.

36 Alienum in domum tuam recipe, & cū perturbacione te subuerteret: atque à te, quæ sunt tua, abalienabit.

CAPVT XII.

Q Vñ tu vis de aliquo bene mereri, cognosce cui benignè facias: & beneficiorum tuorum extabit gratia.

2 Benignè fac pio, & referetur tibi gratia, si minus ab eo, certè ab Altissimo.

3 Perseueranti in malis nihil boni erit, nec ei qui beneficentiam non exercet.

4 Erga pium liberalis ac benignus esto, impium verò tua ope ne comprehendas.

5 Apud bonos viros tua pone beneficia, atq; in improbos nihil opis contuleris.

B 6 Benefac afflicto, neque impio quicquã largiaris: prohibe eum cibus tuis, neque ei dederis, ne his adiutus te opprimat.

7 Alioqui duplicia recipies maleficia pro beneficiis omnibus quæ in illum contuleris: nam & Altissimus improbos odit, pœnasq; ab his meritas repetet: eos autem in diem acerrimæ vindictæ referuat.

8 Amicus rebus secundis cognosci nõ potest, neque aduersis inimicus latere.

9 Rebus hominis secundis dolent inimici eius, aduersis verò amicus etiam discedet.

10 Ne fidas vnquam inimico tuo: nã quale est æs æruginè oblitum, talis illius malicia est.

11 Quod etiãsi humilis incuruusq; incesserit, aduerte tamen animũ tuũ, atque ab eo caue. Et eris in eo quasi qui speculum absterferit, cognoscesque in eo æruginem non penitus absterfam esse.

C 12 Ne asciscas eum tibi propius, ne postquam te subuerterit, in locum ipse tuum subeat.

Ad dexterã eum tuam ne colloces, ne quærat occupare sedem tuam, tãdemq; dicta mea sentias, ac de verbis meis discrucieris.

13 Quis incantatoris à serpente icti misereatur, aut eorum qui ad bestias accesserint? itidem eius qui viro improbo se adiunxit: eiusq; peccatis admiscuit.

14 Horæ spatio iusta in statione tecum permanebit, nec si res declinent tuæ, perdurabit.

1. Cor. 4. 6 **D** 15 Ac labiis quidem suis suauiter loqueretur inimicus, multaque blandè susurrabit, bona tibi

verba dans.

16 Oculis etiam suis illachrymabit, animo autem suo deliberabit præcipitare te in foueam: neque adeò occasionem nactus, sanguine tuo satiabitur.

17 Si mala tibi acciderint, reperies eũ ibi priorem te:

18 Ac per speciem hominis opitulaturi, calcem tuam eneruabit.

19 Motabit caput suum, plaudetque manibus: atque sparget multos rumores, vultumque suum immutabit.

CAPVT XIII.

Q Vi contrectat picem, inquinabitur ea: & qui communicat cum superbo, similis ei efficietur.

Deut. 7. 2

2 Ne suscipias in vita onus maius quàm facultas tua ferat, nec potèriori te aut ditiori te adiungas.

3 Olla cum lebere quid commune habere poterit? hic impinget, illa verò cõquassabitur.

4 Diues si iniuriam intulit, minas præterea adiiciet: pauper verò si passus est iniuriã, oportet etiam esse supplicem: si diues iniuriam fecit, illi supplicandum est in super: pauper si idè commisit, minas protinus audiet.

5 Quandiu ipse vsui eris, erit qui tua vtatur opera: qui te derelinquet simul atque opportunitas operæ tuæ deserit.

6 Siquid habes, vnã viuet tecum, ac te exinaniet, nec ipse laborabit.

7 Si egerit tui, seducet te, tibi que arridebit atque spem dabit: bonis vtens verbis, Quare tibi opus est? inquiet.

8 Pudefaciet te cibus suis, donec te planè inaniat, & ad extremũ etiam irrideat: postea quũ te cõspicatus fuerit, derelinquet, ac caput suũ motabit aduersus te.

9 Humiliare Deo, & expecta manus eius.

10 Caue ne seducaris animo, nec per stulticiã tuam deiiciaris.

11 Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stulticiã seducaris.

B

12 Si te potens aduocet, fac vt ab eo refugias: tantòque illè te vocabit magis ac sapius.

13 Noli te ingerere, ne temerè reiiciaris: nec rursum abscedas procul, ne tradaris obliuioni.

14 Ne dubites cum eo colloqui, neque fidem dei eius multis habeas: multo enim sermone perterabit te, & quasi arridens explorabit.

15 Immisericors est dicta promissaque non seruans, neque vllis malis ac vinculis quibus te affligat, parciturus.

16 Fac tibi caueas, & auscultes perquam attente: quoniam cum ruina tua ambulat.

C

17 Hæc audiens, in somno tuo vigila.

18 Per omnem vitam tuam ama Dominũ, atq; eum in salutem tuam inuoca.

19 Omne animal diligit sibi simile, & omnis homo propinquum suum.

20 Omne animal generatim congregatur, & quisque se adiungit sui simili.

21 Quam communionem lupus cum agno habere potest? eadem vitæ coniunctio ac consuetudo improbo homini cum pio est.

2. Corint. 6.

6. 10

22 Quis cõsensus est hyænæ cum cane? & quæ pax diuiti cum paupere?

23 Quem-

- 23 Quemadmodum præda leonum sunt onagri in deserto, ita pascua diuitem pauperes.
 24 Humilitas superbo est execrabilis, eodem modo pauper abominatus diuiti.
 25 Diues quassatus, ab amicis confirmatur: pauperem verò præcipitantem amici etiam impellunt.
 26 Diuiti lapsio multi adsunt adiutores: nefanda quoque loquutum, iustum prædicabunt.
 27 Humilem lapsum insuper etiam obiurgabunt: nec vllus ei dabitur locus, si prudenter loquutus fuerit.
 28 Diuite loquente, omnes silentium præstât, eiusque orationem vsque ad nubes efferunt.
 29 Paupere loquente, Quis est iste? inquirunt. quòd siquid offenderit, insuper eum euertit.
 30 Diuitiæ sunt bonæ ei in quo non est peccatum, & paupertas mala in ore impij.
 31 Cor hominis immutat vultum ipsius siue ad bona, siue ad mala.
 32 Vestigium cordis rebus secundis fruentis, est vultus hilaris: & sententiarum recòdita inuentio, sunt laboriosæ cogitationes.

CAPVT XIII.

Infr. 19. c. 16,
 & 25. b. 11
 Iacob. 3. d. 2

- 1 **B**eatu vir qui ore suo lapsus non est, nec in angore peccati cruciatus.
 2 Beatus vir quem suus non condemnat animus, neque ab spe in Domino sita excidit.
 3 Virum sordidum diuitiæ non decent, & quorsum pecuniæ homini inuidio?
 4 Qui comparat suum defraudans genium, aliis colligit: atque in bonis eius alii deliciabuntur.
 5 Qui malignus sibi est, cuius erit benignus? ne ex bonis quidem suis iucunditatem vnquam capiet.
 6 Qui sibi inuidet, eo nullus peior esse potest: atque hoc est iustum prauitatis eius præmium.
 7 Quòd si quid benignè facit, id imprudens facit & inuitus: ac suam tandem malitiã proderit.
 8 Præuus est aspectu oculi inuidi: auertit faciem, atque homines despicit.
 9 Oculus auari nulla expletur portione, & iniustitia mali vitam ipsius exhaurit.
 10 Oculus malignus panem inuidet, atque in mensa sua laborat inopia.
 11 Fili, pro eo quod habes, benefac tibi ipsi: & digna Domino donaria offeras.
 12 Memento mortem moram non facere, nec statum fati tempus tibi esse declaratum.
 13 Antequam moriaris, amico benefac, eique pro tua facultate manu porrecta elargire.
 14 Ne te iucundo defraudes die, neque partem boni desiderij prætermittas.
 15 Nonne labores tuos alij relinques, & quæ tua opera comparasti, diuidenda trades hæredibus?
 16 Da & accipe, & sanctifica animam tuam:
 17 Nam apud inferos quidem non est cur cibaria quæras.
 18 Omne animans in modum vestimèti veterascit: hoc enim est ab æuo condito factum, Mor-te morieris.
 19 Vt foliorum in condensa arbore virentium alia decidunt aliis nascentibus: ita quod carne sanguinèque procreatur, aliud obit, aliud natum existit.

Prover. 17. c.
 20

Suprà 4. d. 1
 Tob. 4. b. 7
 Luc. 14. c. 13

Esa. 40. b. 5
 Iacob. 1. b. 10
 1. Pet. 1. d. 24

- 20 Omne opus putridum deficit, eiusque opifex vnà cum eo interibit.
 21 Et omne opus electum iustificabitur, & qui operatur illud, honorabitur in illo.
 22 Beatus vir qui præclara meditatur per sapientiam, & qui per prudentiam suam sancta loquitur.
 23 Qui vias eius in corde suo meditatur, arcana quoque illius intelliget: tanquam indagator prosequere illam, eiusque vias inside.
 24 Qui per fenestras eius prospicit, etiam ad fores illius auscultabit.
 25 Qui prope domum eius diuersatur, ad parietes quoque illius paxillum figet: ad eiusque latus tabernaculum constituet.
 26 Is commorabitur in hospicio bonorum: in illiusque tecto suos ponet liberos, atque sub eiusdem ramis conquiescet.
 27 Ab æstu per eam protegetur, & in gloria eius habitabit.

CAPVT XV.

- 1 **Q**ui Dominum reueretur, faciet quæ sunt recta: & cognitionem Legis adeptus, eam comprehendet.
 2 Hæc illi occurrer quasi mater, & eum tanquam vxor virgo ducta excipiet.
 3 Hæc eum cibabit pane intelligentiæ, & aquam sapientiæ potui ei dabit.
 4 Firmatus hac, statu moueri non poterit: & si fuerit innixus ei, non pudebit.
 5 Hæc supra ipsius socios extollet illum, atque in media concione os eius aperiet.
 6 Hæc lætitiã illi & coronam exultationis afferet, atque hæredem nominis sempiterni eum efficiet.
 7 Homines autem insipientes non comprehendet eam, neque viri improbi illam vnquam viderint.
 8 Longè abest à superbia: & viri mēdaces, eius non erunt memores.
 9 Laus in ore scelerati minimè est speciosa: neque enim à Domino profecta est.
 10 Laus à sapiente proficietur oratione, eamque sceleriter Dominus dirigit.
 11 Ne dicas, Defeci impulsu Domini: nam quæ ille odit, tu non debes facere.
 12 Ne dicas, Ipse me induxit in errorem: neque enim improbo viro ei opus est.
 13 Omne nefas odit Dominus, nec probatur iis qui eum timent.
 14 Ipse hominem creauit ab initio, eumque arbitrio consilij sui permisit.
 15 Adiecit mandata & præcepta sua.
 16 Si volueris, mandata seruabis, optimæque voluntatis fidem præstabis.
 17 Ignem & aquam tibi proposuit: ad vtrum volēs manum tuam porrigere.
 18 Vita simul & mors proposita sunt homini: & vtrumcunque placuerit, dabitur ei.
 19 Quoniam multa est Domini sapientia, is potentia valet, ac videt omnia.
 20 Eius oculi sunt coniecti in eos qui ipsum metuunt, & omne hominis opus ipse cognosceret.
 21 Impiè agere nemini præcepit, nec cuiquam dedit licentiam peccandi.
 22 Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

Matt. 4. d. 4
 Ioan. 4. b. 10

C

Genes. 1. d. 27

Matt. 19. c. 17

D

Ierem. 21. c. 8

Psal. 33. c. 16

Ecclesiasticus.

CAPVT XVI.

Filij.

- 1 **N**E appetas copiam inutilium liberorum, nec filiis lateris impiis: ne delesteris abundantia eorum, nisi timor Domini in illis fuerit.
- 2 Ne confidas vitæ eorum, nec multitudinem illorum magnificias.
- 3 Pluris enim est iustus vnus, quam mille huiusmodi.
- 4 Et præstat mori prole carentem, quam impios habere liberos.
- 5 Per vnum enim cordatum frequens ædificabitur ciuitas, impiorum verò natio quam primum desolabitur.
- 6 Talia vidit multa oculus meus, atq; his grauiora mea auris audiuit.
- 7 In cœtu sceleratorum ignis accendetur, & ira exardescet in gentem contumacem.
- 8 Implacabilis Deus priscis fuit gigantibus, qui insana freti potentia, ab eo defecerunt.
- 9 Ne hospitio quidem Loti pepercit iis, quos propter ipsorum superbiam abominatus est.
- 10 Non est misertus gētis perditæ, quæ in peccatis quæ committebat, efferebatur.
- 11 Sicque ad eò sexcenta millia peditum, eos qui in duritia cordis sui congregati fuerant, flagellando, miserando, cædendo, sanandoq; Dominus misericordia castigationeque seruauit: quare si contumax vnus in populo fuerit, mirum est si impunè abeat.
- 12 Nam penes eum sunt misericordia & ira: celeriter veniam dare potens est, & iram effundere.
Prout multa est misericordia eius, ita multa quoque ipsius castigatio, secundum opera sua vnumquenque iudicat.
- 13 Non effugiet cum rapina scelerosus, nec patientia pij spem aler tardiozem.
- 14 Omni beneficentiæ locum parat, nam fructum pro ratione operum suorum quisque percipiet. Dominus Pharaonem indurauit, ne ipsum cognosceret, utque postea ipsius facta terræ cælo subiectæ innotescerent, omni rerum naturæ misericordia ipsius nota est, ad amantem discreuit lucem suam & tenebras.
- 15 Ne dicas, Latebo Dominum, & quis ab alto curabit me?
- 16 In summa populi multitudine nulla mei memoria erit: nam in tam immensa rerum natura quantula est anima mea?
- 17 Ecce cælum cælique cælorum Dei, abyssus simul & terra, quæque in his comprehenduntur omnia, quum inquireret in ea, commouebuntur.
- 18 Totus mundus creatus, & qui creatur pro voluntate eius, montesq; simul ac fundamenta terræ, quum Dominus in ea despicit, tremore concutiuntur.
- 19 Neque pro dignitate hæc cor vllum cogitabit, nec vias eius quis animo cõprehedet, non turbinem quem homo non videbit.
- 20 Nam maxima quidem pars operum ipsius occulta est: quis enarret exempla iustitiæ eius, aut sustineat?
- 21 Remota est enim ordinatio, atq; inquisitio omnium deficit.
- 22 Qui animo submisso præditus est, perpen-

Σοφία Ἰσοῦ ἔσ' Σιρᾶχ.

505

dit hæc: qui autem inspiens est, cum errore stulta cogitat.

- 23 Audi me fili, ac scientiam amplectere, atque ad mea dicta animum aduerte:
- 24 Declarabo in pondere eruditionem, & cum certitudine scientiam eius edisseram.
- 25 Cum iudicio operatus est Dominus ab initio, & à prima rerum creatione partes earum disposuit.
- 26 Opera sua excoluit perpetuò, & initia eorum per sua secula generaque: non esurierunt, nec defessa sunt in suis operibus, nec ab officiis suis cessauerunt.
- 27 Nullus eorum proximo suo molestus fuit, nec vnquam verbo ipsius repugnabunt.
- 28 Non sis incredibilis verbo illius.
- 29 Posthęc despexit in terram Dominus, eamque bonis suis impleuit.
- 30 Vita animantium omnis generis operuit superficiem eius, & in eandem unumquodq; reuertitur.

CAPVT XVII.

- 1 **D**ominus è terra creauit hominem, rursumque in eandem ipsum rededit.
- 2 Dies assignauit eis numeratos statimque tempus, & dedit eis in terrestria potestatem: induit eos virtute sua secundum seipsos, atq; ad imaginem sui eos creauit.
- 3 Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit illi potestatem eorum quæ sunt super terram.
- 4 Omni animanti terrorem eius imposuit, vt bestiis ac volucris dominaretur.
- 5 Iudicium, linguam, oculos, aures, & cor dedit eis ad cogitandum: sexto loco mentem quoque donauit dispersis: & septimo sermonem interpretem operum suorum.
- 6 Scientia intelligendi instruxit eos, eisq; bona simul & mala demonstrauit.
- 7 Adiecit ad corda eorum oculum suum, vt magnificentiam operum suorum eos doceret.
- 8 Dedit his gloriari miraculis suis perpetuò, vt prudenter enarrent opera ipsius, & electi nomen eius sanctum collaudent.
- 9 Scientiam eis addidit, ac Legem vitæ tradidit hæreditariam, vt se nunc mortales esse cognoscerent.
- 10 Pactum cum ipsis constituit sempiternum, & iudicia eos sua edocuit.
- 11 Amplitudinem gloriosam viderunt oculi eorum, & maiestatem vocis illius auris eorum audiuit.
- 12 Ab omni re iniqua, inquit, abstinete: ac singulis de proximo mandata dedit.
- 13 Coram ipso sunt viæ eorum, neque vnquam abditæ ab illius oculis remouebuntur: omnis autem homo à iuuentute procliuus est ad mala: nec potuerunt corda sua pro lapideis efficere carnea.
- 14 Nam in distributione nationum vniuersæ terræ, vnicuique genti ducem præfecit.
- 15 Et Israëlẽ populum peculiarem sibi delegit, quem vt primogenitum alit disciplina, & lumen impertiens amabilissimum, non dimittit.
- 16 Quapropter omnia opera illarum, tanquam sol, in conspectu eius versantur, eiusdemque oculi continenter vias earum inuentur.
- 17 Iniuste facta illarum eum non latent, sed

Gen. 1. d. 27.
5. d. 1.
Sapient. 2. d. 23, & 9. b. 6.
1. Cor. 11. c. 7.
Colos. 3. b. 10.

Genes. 2. d. 22.

Exod. 20. 21.
22. 25

Rom. 13. d. 1.

Deu. 4. c. 20.
& 10. c. 15

C

V

- omnia earum peccata coram ipso: ipse autem quum benignus sit, ac figmentum cognoscat suum, non dimittit eos, neque deserit, parcens eis.
- Infrā 29. b. 16* 18 Beneficentia hominis coram ipso velut res sigillo consignata, & gratiam ab vnoquoque collatam quasi pupillam cōseruat: filiis eius ac filiabus locum concedens pœnitentiæ.
- Matt. 25. c. 35* 19 Tandem verò exurget, & suū singulis præmium reddet, ac suam cuique vicem in caput regeret.
- Act. 3. c. 19* 20 Reditum tamen respicientibus concedit, & labascentes ad patientiam cohortatur.
- Jerem. 3. d. 12* 21 Conuertere igitur ad Dominum, & peccata derelinque.
- 22 Fac ei supplicat, & offendiculum minuas.
- 23 Reuocare ad Altissimum, ab iniustitiâque recede: is enim è tenebris ad lucem deducet salutarem: atque quod abominandū est, summo odio prosequere.
- 24 Et cognosce iustitias & iudicia Dei, & stas in sorte propositionis, & orationis altissimi Dei.
- Psal. 6. a. 6* 25 In partes vade seculi sancti, cum viuis & dantibus confessionem Deo.
- Esa. 38. d. 19* **D** 26 Quis apud inferos laudabit Altissimum perinde atq; viui mutæ gratulationi dediti?
- 27 Mortuum non secus atque eum qui esse desiderit, laudatio deficit: viuis autem & corde sanus laudabit Dominum.
- 28 Quam magna est misericordia Domini Dei nostri, & eiusdem placabilitas erga illos qui sanctè ad ipsum conuertuntur.
- 29 Non enim in hominibus possunt esse omnia, propterea quòd homine natus immortalis non sit.
- 30 Quid luce solis splendidius? atque hæc quoque deficit. ita etiã vir qui carnem ac sanguinem cogitabit.
- 31 Ille virtutem excelsi cæli perlustrat: omnes autem homines terra cinisque sunt.
- CAPVT XVIII.
- Gene. 1. d. 1* 1 **Q**ui viuit in æternum, omnia pariter creauit, Dominus qui solus est iustus, nec præter eum est alius. Ipse palmo manus suæ mundum disponit, eiusque voluntati omnia obediunt: nam sua ipse potentia regit omnia, quæ in eis sancta sunt segregans à profanis.
- 2 Cuinam explicandi facta sua facultatem dedit?
- 3 Aut quis egregia ipsius facinora inuestiget?
- 4 Quis vim magnificentiæ eius recenscat? aut quis conetur miserationes eius enarrare?
- 5 Nihil est quod demas aut addas, nec quod peruestiges miracula Domini.
- 6 Quum absoluerit homo, tum demum incipit: & quum conqueuerit, tum verò incertus est.
- 7 Quid est homo, aut quis eius vsus? quod bonum, quòdve malum ipsius est?
- Psal. 89. b. 10* 8 Numerus dierum hominis centū anni cum plurimum, nec cuiusquã ex omnibus explorata est obitus sui ratio: quãtula est aque gutta è mari sumpta, & ex arena calculus, tantillum sunt anni mille præ tempore æternitatis.
- B** 9 Propterea patientia vitur in homines, atq; in eos misericordiam suam effundit.
- 10 Vidit ac cognouit exitum vitæ illorum malum esse,
- 11 Itaque amplam effecit clementiam suam.
- 12 Misericordia hominis confertur in proximum suum: at misericordia Domini omnes complectitur mortales.
- 13 Quos castigat, erudit, docet: atque vt pastor gregem suum reducit.
- 14 Misericordia prosequitur eos qui suscipiunt disciplinam, quiq; studiosè iudicia ipsius consecretantur.
- 15 In rebus bonis, fili, ne adhibeas reprehensionem, nec vllò in dono verbi mali molestiã.
- 16 Nonne ros æstum mitigat? simili ratione sermo est præstantior ipso dono.
- 17 Nonne ecce muneri præstat oratio? cæterum gratia vtriusque ab homine gratioso est.
- 18 Stultus ingrati exprobrat, donumque inuidi oculos tabefacit.
- 19 Antequam loquaris, disce: & ante ægritudinem adhibe curationem.
- 20 Ante iudicium explora teipsum, & in tempore inquisitionis veniam consequeris.
- 21 Ante infirmitatē teipsum temperantia macera, atque in tempore peccatorum emendationem ostende.
- 22 Nulla re impediaris, quominus votum reddas opportunè, nec tuam probitatem vsq; in mortem differas.
- 23 Priusquã vota facias, para teipsum: ne similis sis homini tentanti Dominum.
- 24 Memento iræ extremo die futuræ: & vltionis, quo tempore Dominus auertet faciem.
- 25 Perpende animo tempus famis in tempore saturitatis, & inopiam ac penuriam diuitiarum.
- 26 Tempus à manè mutatur ad vesperam, & coram Domino subita sunt omnia.
- 27 Homo sapiens in omnibus meruet, in diebusque vitiosis cauebit à delicto: inspiens autem non obseruat tempora.
- 28 Omnis cordatus agnoscit sapientiam & disciplinam, eamque adepto laudem tribuit.
- 29 Prudentes homines in sermone quoque sapientiam proferunt, atque animi moderatione selectas ad vitam sententias dicunt.
- Optima loquendi libertas in solo Domino sita est, siquidem mortali cor inheret mortuū.
- 30 Ne lequaris cupiditates tuas, atque à tuis appetitionibus auertere.
- 31 Quòd si animo tuo indulseris desiderium voluntatis eius, facies quod inimicis tuis qui tibi inuidet, iucundum sit.
- 32 Ne delesteris multis deliciis, neque earum confortio deuinciaris.
- 33 Caue ne sis pauper concinnandis de mutuo conuiujs, donec nihil tibi sit in sacculo: alioqui insidiator vitæ tuæ famosus eris.
- CAPVT XIX.
- 1 **O**perarius ebriosus non ditescet: & pauper latim sublabetur qui spernit exigua.
- 2 Vinum & mulieres abducunt prudentes.
- 3 Et qui meretricibus consuescit, euadet audacior: caries & vermes occupabunt eum, & anima confidens auferetur, grauique supplicio contabescet.
- 4 Qui facile credit, leuis est animo, & qui delinquit in animam suam, perperam ager.
- 5 Qui gaudet mala habitudine, in reprehensione incurrit: qui verò voluptatibus resistit, coronat vitam suam.

- 6 Qui continet se lingua non pugnace, cum aliis viuet: & qui loquacitate odit, minus malitiae habebit.
- 7 Quod tibi fuerit dictum, ad alterum ne deferas, & nullum capies detrimentum.
- B 8 Nec apud amicum, nec apud inimicum mores alienos enunties, & si non redundat in te peccatum, ne detegas.
- 9 Audierit enim ille, & obseruabit te: atque in tempore suum in te odium ostendet.
- Infr. 22. c. 28, 27. c. 17 10 Sermonem audiisti, fac tecum commoriatur, & securus esto, ut qui non dirumpat te.
- 11 Simulatque audierit sermonem stultus, parturiet non aliter quam grauida premete foetu.
- 12 Ut telum est defixum in femore corporis, ira sermo in stulti pectore.
- Leuit. 19. d. 17 13 Redargue amicum, siquid forte non fecit: & si fecerit, ne porro pergat facere.
- Matt. 18. b. 15 Luc. 17. d. 3 14 Redargue amicum, siquid forte non dixit: quod si dixerit, ne porro rursus dicat.
- C 15 Redargue amicum: saepe enim existit calumnia.
- 16 Neque omni sermoni fidem adhibeas. est qui labatur verbo, sed non ex animo: & quis lingua sua non peccauit?
- Supra 14. d. 1, et infra 25. b. 11 Iacob. 3. d. 2 17 Amicum redargue antequam mineris.
- 18 Ac Legi Altissimi da locum, ira plane vacuus. timor Dei primus quo ad eum recipiaris, gradus est: amorem vero eius demeretur sapientia. cognitio praceptorum Domini eruditio vitae est: & qui faciunt quae ipsi grata sunt, in fructum carpent immortalitatis.
- Timor Domini summa est sapientia, & in omni sapientia praestatio Legis, summamque eius potentiae cognitio. Si seruus dicat Domino, Sicut tibi placet, non faciam: si idem postea faciat, offendit altorem suum.
- 19 Scientia malitiae non est sapientia, nec consilium sceleratorum cum prudentia coniunctum est.
- 20 Est malitia, eaque execranda: est etiam insipiens sapientia vacuus.
- 21 Melior est timore affectus cui ingenium deest: quam qui abundat prudentia, & Legem Altissimi violat.
- D 22 Est astutia exquisita, & eadem iniusta: & est qui gratiam iuris pronuntiandi peruertat: rursusque alius qui iuste iudicet sapiens.
- Matt. 6. b. 16 23 Est qui praua moliatur demissus, attractusque mestitia, cuius interiora dolo tota ardeant.
- 24 Vultum contrahens, surdumque se simulans, ubi non suspiceris, occupabit te ut malefaciat.
- 25 Quod si virium destitutione peccare prohibeatur, malum tibi dabit nactus occasionem.
- 26 Ab aspectu quisque cognoscitur: & ex vultus obiectu intelligitur cordatus.
- Infr. 21. c. 23 27 Suus cuiusque habitus, ac rictum diducens rictus, incessusque hominis, qualis sit indicant.
- CAPVT XX.
- 1 Est quaedam minime speciosa reprehensio: estque qui taceat, & ipse prudens.
- 2 Longe melius est reprehendere quam alere indignationem: & qui culpam fatetur, protegetur a detrimento.
- Infr. 30. c. 21 3 Qualis est eunuchi puellam corrupendi libido, talis est qui per vim exercet iudicia.
- 4 Quam bonum est, quum prehensus fueris, declarare penitentiam: sic enim voluntarium peccatum effugies.

- 5 Est qui tacendo sapiens declaretur, & est qui multa sit loquacitate odiosus.
- 6 Alius tacet, non habens quod respondeat: alius silet, qui temporis rationem habeat.
- 7 Homo sapiens tacebit quoad opportunum fuerit: nugator autem & insipiens opportunitatem praeteribit.
- Infr. 32. d. 6 8 Qui multis vitur verbis, ingratus in fastidium incurret: qui vero potestate sibi sumit, odium acquirit.
- 9 Accidit ut homini scelerato in rebus malis feliciter succedat: & aliquando ut res inuenta detrimentum afferat.
- B 10 Est munus quod tibi non proficit: & est munus cuius dupla sit compensatio.
- 11 Est qui se summittat causa gloriae, rursusque qui ab humilitate caput attollat.
- 12 Est qui multa paruo emat, cui septies tanto amplius sit rependendum.
- 13 Sapiens in sermonibus seipsum amabilem reddet: gratiae vero stultorum in sermone fluxae effundentur.
- Supra 6. d. 5 14 Munus insipientis tibi non proderit acceptum: nec item inuidi propter ipsius importunitatem: nam oculi eius ad accipiendum pro vno multi sunt.
- 15 Pauca dabit, & multa exprobrabit: atque os suum more praconis aperiet.
- Supra 18. b. 15, et infra 41. c. 17 16 Mutuum dabit hodie quod cras repetat: inuisus Deo simul & hominibus talis est.
- 17 Stultus dicit, Amicus mihi nullus est, nec gratia bonis meis comparata:
- 18 Qui vescuntur pane meo, lingua sunt maledica. quot iridebunt hunc & quoties?
- C 19 Neque enim quod habet, opinione recta complectitur, & perinde refert ac si nihil habeat.
- 20 Lapsus est pauimento dicto citior est: ita ruina malorum repentina aderit.
- 21 Homo inuenustus quasi importuna est fabula, ea in ore imperitorum crebro versabitur.
- 22 Parabola ore stulti pronuntiata gratiam amittit: neque enim eam dicet in tempore.
- 23 Est qui peccare impediatur praepotia, qui seorsim apud se non diseruetur.
- 24 Est qui animam suam perdat praepudore, atque eam habenda personae ratione interimet.
- 25 Est qui verecundia adductus amico promittat, & eum vltro inimicum sibi efficiat.
- 26 Probrum in homine pessimum est mendacium: at id in ore imperito frequens est.
- Infr. 25. d. 4 D 27 Tolerabilior est fur, quam qui frequentat mendacium: caeterum vterque sibi perniciem quasi hereditatem acquirat.
- 28 Consuetudo hominis mendacis est ignominiosa, & suum eum dedecus perpetuo comitatur.
- 29 Sapiens seipsum dictis suis prouehet, & vir prudens placebit proceribus.
- Gene. 41. f. 44 30 Qui terram colit, aceruum suum reddet cumulatiorem: & qui placet magistratibus, veniam suae iniustitiae obtinebit.
- Dan. 1. g. 48 Prouer. 12. b. 11, et 28. c. 19 31 Xenia & munera occaecant oculos sapientum, & quasi oris obstructio reprehensiones inhibent.
- Exod. 23. d. 8 Deu. 16. d. 19 Infr. 41. c. 18 32 Quum sapientia occultatur, aut thesaurus abditur, quid est in vtroque utilitatis?
- 33 Melior est qui suam celat stultitiam, quam

qui sapientiam suam supprimit.

34 Pluris est necessaria sequenti Dominum patientia, quam vitæ propriæ gubernator absq; Domino.

CAPVT XXI.

Suprà s. b. 9,

7. d.

Psal. 40. d. 5

Luc. 15. c. 21

1 Si peccasti fili, ne pergas peccare: sed pro delictis commissis deprecare.

2 Tanquam à conspectu serpentis fuge peccatum: nam si propius accesseris, mordebit te.

3 Dentes leonini sunt dentes ipsius, animas hominum perimentes.

4 Instar ancipitis gladij est omnis iniquitas, plaga eius nullo remedio est sanabilis.

5 Concertatio & petulãtia opes dissipabunt, similiterque domus superbi desolabitur.

Exod. 3. c. 9,

22. d. 23

6 Precatio ex ore pauperis profecta, ad aures Domini peruenit, iudiciũq; illius quamprimum veniet.

7 Qui odit castigationem, in vestigio scelerati consistit: at qui Dominum reueretur, ex animo resipiscet.

8 Qui potens est lingua, procul cognosci potest: at sapiens nouit quando ille labitur.

B 9 Qui ære alieno ædificat domum suam, similis est ei qui in tumultum suæ sepulturæ lapides congerit.

Suprà 16. d. 7

10 Stupa collecta cœtus est iniquorum, flammaque ignis exitialis eorum exitus.

11 Via sceleratorum lapidibus est complanata, sed in exitu eius, inferni fouea est.

12 Qui seruat Legem Domini, eius intelligentiam tenet.

13 Et perfectio timoris Domini est accessio sapientiæ.

14 Qui non est callidus, non patietur erudiri se.

15 Est autem quædam calliditas, quæ amaritudinem multiplicat.

16 Scientia sapientis quasi inundatio redundat, ac veluti fons vitæ purus eiusdem consilium.

Infrà 33. d. 5

17 Interiora stulti instar vasis fracti sunt, nec ullam in vita sua scientiam continebit.

C 18 Si peritus sapienter dictum audierit, laudabit illud, auctiũque reddet. Quod si imperitus idem audiuerit, id improbabit, atque post tergum suum abiiciet.

19 Sermo stulti tanquam sarcina est in itinere, at in labijs prudentis gratia deprehenditur.

20 Os prudentis in conuentu requiretur, & quisque animo dicta illius perpendet.

21 Instar domus euerse est stulto sapientia, & cognitio imprudentis sermones imperuestigabiles.

22 Disciplina compedes sunt pedibus stultorum, & in manu dextera manicæ.

Suprà 19. d.

27

23 Stultus per risum sustollit cachinnum, at vir sapiens subridet vix tacite.

D 24 Velut ornamentum aureum est eruditio sapienti, & instar armillæ brachio dexterae.

25 Pes stulti velox est in ianuam alterius, at peritus homo etiam inspectionem veretur.

26 Inspiciens à ianua domum introspicit, eruditus verò vir foris consistit.

27 Ad ostium auscultare, inscitia est: at sapienti ignominia grauis erit.

28 Labia loquacium narrant absurda: dicta autem sapientum statera ponderatur.

29 In ore stultorum est cor eorum: os verò sa-

piantum in corde ipsorum situm est.

30 Quum impitius Satanã execratur, ipse suam execratur animam.

31 Obtrectator animam suam polluit: & vbicunque versabitur, odiosus erit. Infr. 28. b. 19

CAPVT XXII.

1 Lapidi conspurcato comparandus est piger, quem omnes ob ignominiam ipsius irrideant.

2 Piger comparandus est stercorei sterquilini, quod quicumque tollit, manus suas excutiet.

3 Ignominia patris est filius malè institutus, filiaque minoris æstimanda venit.

4 Filia prudens hæreditate possidebit virum suum: at viuens turpiter, molestiam affert genitori.

5 Impudens patrem & virum afficit ignominia, & ab utroque vituperabitur.

6 Intempestiua narratio quasi in luctu musica est: castigatio verò & disciplina in tempore à sapiente adhibetur.

7 Testam conglutinat, qui stultum docet: ac è profundo somno dormientem laborat excitare.

8 Liberi si cum proba vita alimenta habeant, ignobilitatem parentũ suorum obliterabunt:

liberi si contumacia & impericia insolescant, generis sui nobilitatem polluent.

9 Dormitantem alloquitur, qui stulto loquitur: qui finito demum sermone, Quid est? inquiet.

10 Mortuum lamentare, quòd luce priuatus sit: stultum quoque deplora, quòd sensum amiserit. Infrà 38. b. 16

11 Mortuum leuius desse, utpote quiescetem:

12 Vita verò stulti morte deterior est.

13 Defunctus septem dies est lametabilis, stultus verò & impius diebus vitæ suæ omnibus. Gen. 50. b. 10

14 Ne verba multa facias cum insipiente, nec ad excordem accesseris. B

15 Caue ab eo, ne molestiam cõtrahas, aut maculam suscipias aspersam, quum is seipsum excusserit. Suprà 12. c. 12

16 Declina ab eo, & requiem consequeris: nec ex amentia eius mœrorem accipies.

17 Quid grauius est plumbo? & quo id nomine alio quàm stulti est appellandum?

18 Arenam, & salem, ferreamque massam ferre facilius est, quàm hominem vecordem. Prou. 27. d. 3

19 Vt compages & iugamenta lignea edificio indita, concussu non dissoluuntur: sic animus perpenso consilio firmatus, nullo tempore pertimescet.

20 Animus prudẽte nixu cogitatione, est velut in polito pariete arenatum tectorium. C

21 Vt cannae in sublimi suspensæ ventum non sustinent:

22 Ita animus in cogitatione stulti timidus, aduersus omnem terrorem firmus non permanebit.

23 Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore non metuet: sic & qui in præceptis Dei permanet semper.

24 Qui pungit oculum, lachrymam elicit: & qui cor stimulat, affectum prouocat. 1. Cor. 14. c.

25 Qui lapides in volucres iecerit, abiget eas: qui probrum obiicit amico, amicitiam dissoluet. 14.

26 Si gladium strinxeris in amicum, ne desperes: est enim in gratiam reditus. Heb. 4. c. 12

27 Si in

27 Si in amicū aperueris os tuum, ne metuas: nam locus reconciliationi relictus est, dūmodo exprobratio, aut superbia, aut arcani patefactio, plagaque dolosa abfuerit: his enim omnis amicus planè abalienabitur.

D 28 Fidelem te præbe in inopia amici, vt ex rebus eius bonis lætitiā capias.

29 In tēpore calamitatis constāter mane cum eo, vt in hæreditate eius cohæres sis, neque enim res in aliquas angustias adducta, semper est aspernanda, neque diues mentis inops admirandus.

30 Vt vapor camini fumusque ignem præcedit: ita conuitia præcurrunt effusionem sanguinis.

31 Amicum tueri non verebor, nec me subducam à conspectu eius.

32 Quòd si malum accepero per illum, quicūque factum audierit, ab eo cauebit.

Psal. 140. 43 33 Quis apponat ori meo custodiam, labiisve meis sigillū prudentiæ: ne subito his corruam, nec lingua mea perdat me?

CAPVT XXIII.

1 Domine Pater, totiūque vitæ dominator meæ, ne me permittas consilio illorum, nec finas me per ea corruere.

2 Quis castigationem cogitationi meæ adhibeat, & cordi meo sapientem institutionem, ne meis parcant ignorationibus, nec peccata earum prætereant?

3 Ne inquam ignorantia meæ multiplicentur, & peccata mea perniciosam accessionem faciant: corruamque coram meis aduersariis, atque inimici mei me irrideant, quorum spes à tua misericordia longè abest.

4 Domine pater, Deūque vitæ meæ, ne mihi tribuas oculos elatos: sed giganteum animum semper à seruis tuis prohibeas.

5 Auertas à me spes vanas & concupiscentias: tibi que seruire perpetuò cupientem, in officio retineas.

6 Ne me comprehendat appetitus ventris & concubitus, nec animæ impudenti seruum permittas tuum.

7 Filij, audite institutionē oris veracis, quam qui seruauit, labiis suis non capietur.

8 Homo improbus suis capietur labiis: & maledicus superbūque per ea offendet.

Exod. 20. b. 7 9 Iuramento ne consuefacias os tuum:

Matth. 5. c. 33 10 Nec ad eam consuetudinem nomen Sancti sæpe adhibeas.

Infrā 27. b. 15

B 11 Sicut enim seruus crebrò vapulans, non caret vibicibus: ita qui iurat, atque a sidiuè nomen Dei vsurpat, non facile culpa carebit.

12 Vir crebrò iurans replebitur scelere, neque à domo eius flagellum recedet.

13 Quum impiè quippiam comiserit, ipse culpam suam sustinebit: quam si non agnoscat, eandem conduplicauerit.

14 Ac ne temerè quidem vsus iureiurando, innocens iudicabitur: nam domus eius crebris incursionibus appetetur.

15 Est sermo morte quasi quadam veste inuolutus, absit vt in hæreditate Iacob inueniatur.

16 Sanè à piis aberunt hæc omnia, qui in peccatis non inuoluentur.

Ephes. 4. 4 17 Os tuum iurandi intemperantiæ ne assuefacias: ex ea enim peccandi occasio existit.

18 Memento patris & matris tuæ; nam inter

proceres confidebis.

19 Ne tu quoque apud eos in obliuionem venias, consuetudinēque tua ira marcescas, vt nolis te natum esse, diēque tuum natalem execreris.

20 Homo verbis probrosis assuetus, per omnē vitam suam disciplinam non suscipiet. 2. Reg. 16. b.

21 Duo sunt hominum genera quæ peccata multiplicant: tertium etiam quod iram importat. C

22 Anima uidelicet estuans tanquā ardens ignis, qui non extinguitur donec absumatur.

23 Deinde homo scortator in corpore carnis suæ, non cōquiescet donec ignem accenderit.

24 Quiuis cibis suauis est homini scortatoris: non cessabit donec intereat.

25 Tum tori sui homo temerator sic animo secum cogitans, Quis me videt? Esa. 29. c. 15

26 Tenebris circunseptus sum, parietibusque occultus, nec quisquam me videt: quidnam meruam? peccata mea non curat Altissimus.

27 Hic oculos hominum tantummodo meruit, neque intelligit oculos Domini luce solis infinitis partibus clariore esse, vias hominum omnes inspicientes, atque abditas mundi partes perlustrantes.

29 Antequam crearentur, cognouit omnia, atque item postquam perfecta sunt, omnia perspexit. D

30 Huiusmodi homo in plateis vrbis punietur: & vbi non suspicatur, comprehendetur.

31 Et erit dedecus omnibus, eo quòd non intellexerit timorem Domini.

32 Idem eueniet mulieri virū suum relinquenti, acquirētque hæredem ex alieno. Leui. 22. b. 10

33 Primum enim Legi Dei non obtemperauit, deinde peccauit in virū suum, tum autem stupro adulterata, liberos ex alieno viro peperit. Deut. 22. c. 22

34 Ipsa produceretur in concionem, atque in liberos eius inquiretur. Exo. 20. c. 14

35 Liberi eius non agent radices, nec rami eius fructum afferent.

36 Memoriam sui relinquet in execrationem, nec probum eius vnquam abolebitur.

37 Superstitēs cognoscent nihil melius esse timore Domini, nec quicquam suauius, quàm mandata eius obseruare.

38 Deum sequi, summa est gloria: & ab eodem suscipi, vitæ longinquitas.

CAPVT XXIII.

Laus sapientia.

1 Sapientia laudabit seipsam, atque in medio populo suo gloriabitur.

2 In concilio Altissimi aperiet os suum, & coram potentia eius se gloriose iactabit.

3 Et in medio populi sui exaltabitur, & in plenitudine sancta admirabitur.

4 Et in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur.

5 Ego, inquit, ex ore Altissimi prodij, ac in modum nebulæ terram obtexi.

6 Ego in excelsis domicilium habui, atque in nubis columna sedem meam.

7 Orbem cæli circuiui sola, & profundū abyssi perambulauit.

8 Omnes fluctus maris, & terrā omnem, cum cæcisque populis ac gentes possedi.

9 Et omnium excellentium & humilium corda virtute calcavi.

- 11 Atque in his omnibus locū in quo quie-
rem, quæsiui, & hæreditariam possessionem,
in qua commorarer.
- 12 Tum conditor vniuersi mandatum mihi de-
dit, & creator meus domicilium meum con-
stituit.
- B 13 Et ait, In Iacob habita, & in Israel tuam acci-
pe hæreditatem.
- 14 Ab initio ante secula me creauit, nec defi-
ciam in æternum: in habitaculo sancto coram
ipso ministraui, & ita in Sion sum confirmata.
- 15 Tum etiam in dilecta ciuitate quietem mi-
hi attribuit, & Ierosolymis potestatem sum
adepta.
- 16 In populo gloria illustri sum radicata in
ea, quæ Domino cesserat, hæreditate.
- 17 Instar cedri in Libano excreui, & sicut cu-
pressus in monte Hermon.
- 18 Quasi palmæ in litoribus consitæ sum exal-
tata, veluti plantæ rosarum in Iericho.
- 19 Vt pulchra olea in campo amæno, & vt pla-
tanus ab aquis erecta, altitudine excellui.
- 20 Vt cinnamomum, & massa ficorum, odorem
expirauit aromaticum, & vt myrrha lectissi-
ma, sua uiter redolui.
- 21 Quasi galbanus, & onyx, & stacte, thurisque
vapor sparsus in tabernaculo.
- 22 Ego vt terebinthus ramos expandi: rami ve-
rò mei, rami gloriæ sunt & gratiæ.
- 23 Ego quasi vitis odorem emisi fragrantem,
& flores mei fructus sunt gloriæ atque opu-
lentia.
- C 24 Ego pulchræ charitatis, & timoris, & cogni-
tionis, sanctæque spei mater sum.
- 25 Do autem æterna meis liberis quibus Deus
iussit omnibus.
- 26 Accedite ad me, quicumque mei studiosi estis,
& de fructibus meis explemini.
- 27 Nam memoria mei melle dulcior est, & hæ-
reditas mea suauior fauo mellito.
- 28 Memoria mea in generationes seculorum.
- 29 Qui me comederint, esurient amplius: &
qui me biberint, adhuc sitient.
- 30 Qui me audiet, nullo vnquam pudore affi-
cietur, & qui sua per me obibunt negotia, non
peccabunt.
- 31 Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.
- 32 Hæc omnia liber sunt fœderis Dei altissimi,
- 33 Lex, quam nobis mandauit Moses, quasi hæ-
reditatem in congregationibus Iacob.
- 34 Ne elassescatis cum Domino fortiter agere,
vt ipse quoque vos confirmet: ipsi adhæreatis,
quia Dominus omnipotens Deus vnus est,
nec præter eum seruator alius.
- 35 Qui quasi Phison omnia implet sua sapien-
tia, & vt Tigris nouarum frugum temporibus
effusus.
- 36 Qui vt Euphrates ingenium fœcundat, &
velut Iordanis tempore messis terram irrigantis.
- 37 Qui profert vt lucem disciplinam cogniti-
onis, inundat sicut Geon vindemiæ tempore.
- D 38 Primus eam non cognouit perfectè, neque
item vltimus planè peruestigauit.
- 39 Nam abundantior mari est intellectus eius,
& consilium eius profundo immensius.
- 40 Ego sapientia veluti fossa è flumine ducta,
41 Et quasi aquæductus in paradysum exiui.
- 42 Dixi, Præstantissimo horto meo porum da-
bo, iustamque meam areolam inebriabo.

- 43 Aquæductus ecce meus exiit flumen, &
flumen meum in mare excreuit.
- 44 Quoniam disciplinam quasi diluculū illu-
minabo, atque in multum tempus illustrabo.
- 45 Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam
omnes dormientes, & illuminabo sperantes in Domino.
- 46 Doctrinam adhuc vt prophetiam effun-
dam, eamque ad omnes seculorum ætates
transmittam.
- 47 Videte non mihi soli me, sed omnibus sa-
pientiam quærentibus laborasse.

CAPVT XXV.

Mulier mala.

- 1 Tria me exhilarant, & coram Deo simul
& hominibus condecorant.
- 2 Nempe concordia fratrum, amicitia pro-
pinquorum, & vir ac vxor inter se bene con-
uenientes.
- 3 Tria verò hominum genera odit animus
meus, eorumque vitam perquam indignè fero:
- 4 Pauperem scilicet superbum, mendacemque
diuitem, & senem adulterum, vt pote mentis
impotem.
- 5 Si nihil in iuuentute tua congregasti, quo-
modo inuenies in senectute tua?
- 6 Quanto est ornamento canitiei iurisdic-
tio, & cognitio consilij senibus.
- 7 Quam decora senibus est sapientia, & intel-
ligentia prudentiæque consilij honoratis.
- 8 Multarum vsus rerum, corona senum est, &
timor Domini eorundem gloriatio.
- 9 Nouè sunt res quas cogitatione mea beatas
iudico, decimã verò lingua mea pronuntiabo.
- 10 Homo qui in vita sua ex liberis lætitiã ca-
pit, & qui casum videt inimicorum suorum.
- 11 Beatus qui cum prudente viuunt vxore, & qui
lingua sua lapsus nõ est, & qui se indigno non
seruiuit.
- 12 Beatus qui prudentiam affectus est, & na-
ctus aures orationi suæ secundas.
- 13 Quam magnus est, qui adeptus est sapien-
tiam: sed timente Dominum nemo maior est.
- 14 Timor Domini claritate superat omnia.
- 15 Qui autem eo præditus est, ei quis compa-
rari poterit?
- 16 Timor Domini amoris ipsius est initium:
fides autem, origo coniunctionis cum ipso.
- 17 Quæuis plaga est tolerabilis, excepta plaga
animi.
- 18 Quæuis etiã malitia, nisi malitia mulieris.
- 19 Quiuis impetus, modò ne impetus odio fla-
grantium.
- 20 Et vltio vndecunq; modò ne ab inimicis.
- 21 Vt nullum caput est serpentis capite nocen-
tius: ita non est ira, ira inimici perniciosior.
- 22 Non est caput nequius super caput colubri, & non est
ira super iram mulieris.
- 23 Cum leone ac dracone malim vnã viuere,
quàm habitare cum mala muliere.
- 24 Malitia mulieris immutat vultum ipsius, &
tanquam saccum faciem eius offuscat.
- 25 Inter vicinos sedens vir eius, propter ipsam
inuitus etiam ingemiscit grauitè.
- 26 Omnis malitia est parua cum malitia mulie-
ris comparata: fors sceleratorū in eam incidat.
- 27 Quod ascensus arenosus est senis pedibus,
hoc est mulier linguax viro sedato.
- 28 Ne offendas in pulchritudinem mulieris,
neque ad voluptatem mulierem cõcupiscas.
- 29 Ira-

Infrã 33. c. 18

Gen. 13. b. 8

Rom. 12. c. 10

Gen. 2. d. 40

B

Suprà 14. d.

1. c. 19. c. 16

Iacob. 3. d. 2

C

Prou. 21. c. 19

D

Infrã 4. 2. b. 12

2. Reg. 13. d. 2

- 29 Iracunda, impudens, & perquam probrosa est mulier quæ maritum suum nutrit.
 30 *Mulier si primatum habeat, contraria est viro.*
 31 Cor afflictum, vultumque mœstum, & vulnus animi efficit mulier mala.
 32 Tū manus remissas, & genua dissoluta: nec virum suum beabit.
 33 Peccatum duxit initium à muliere, & per eandem omnes morimur.
 34 *Caue des aquæ exitum, nec improbæ mulieri viam licentiæ.*
 35 Si ductum manus tuæ non sequitur, à corpore tuo eam abscinde: da ei libellum, & repudia.

Gen. 3. 4. 6

CAPVT XXVI.

1 Vxor bona. 13 Afferuanda filie.

- 1 **B**Eatus est vir probæ mulieris, & numerus dierum ipsius conduplicabitur.
 2 Mulier strenua exhilarat virū suum, & annos eius cum pace explebit.
 3 Vxor bona, portio est bona: pro portione dabitur iis qui Dominum reuerentur.
 4 *Huiusmodi autem hominis tā diuitis quā pauperis cor erga Dominū bene affectum est, vultum habentes hilarem exultabunt.*
 5 Tria expauescit cor meum, & quartum facies mea perhorrescit:
 6 Ciuitatis scilicet prodicionem, multitudinis concitatæ coitionem, & calumniā: quæ morte grauiora sunt omnia:
 7 At dolor animi & luctus, est mulier æmula mulieris.
 9 Et flagellum linguæ quæ cum omnibus comunicat.
 B 10 Mala mulier similis est iugo bouum laxitate inquieto, qui eam tenuerit, perinde faciet ac qui scorpionem apprehenderit.
 11 Mulier ebria ac mente alienata, animū grauitur offendit: vt quæ turpitudinem suam non celet.
 12 Impudicitia mulieris elucet in elatis ipsius oculis, atque in palpebris eius cognoscitur.
 Infr. 4. 2. b. 11 13 Filia inuerecundæ firmam custodiam adhibe, ne licentiam nacta, sua vtatur libidine.
 14 Oculum impudentem asserua, neque mireris si ea in te deliquerit.
 15 Tanquam viator sitiens reperto fonte os aperiet, ac biberit de proxima quauis aqua: ad omnem palum desidebit, & obuiam cuius telopharetram aperiet.
 16 Gratia mulieris virū suum delectat, & eiusdem intelligentia ossa illius pinguefacit.
 C 17 Vxor taciturna & beneuola, donum Dei est,
 18 Nec vllū est pretium quo scæmina bene instituta sit permutanda.
 19 Vxor verecunda & fidelis, gratia est duplici commendatione cumulata.
 20 Nectanti vllum est pondus, quod æstimatione animi eius moderatum equare possit.
 21 Vt sol oriens in supremis Domini locis, ita pulchritudo bonæ mulieris in ornatu domus eius.
 22 Lucerna splendēs in sancto candelabro, pulchritudo formæ in ætate constanti est.
 23 Vt columnæ aureæ super basi argentea, ita pedes formosi in pectore stabili.
 Fili, vigorem ætatis tuæ conserua incolumē, nec robur tuum alienis impertias.

- Vbi per omnes campos fecundam possessionem quæsiueris, propria semina iace in ea, fretus generositate tua.
 24 *Fundamenta æterna super petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ.*
 Sic demum soboles tua superstes libera ingenuitatis professione confisa adolescer.
 Mulier meretrix porcæ similis existimabitur: nupta autem, propugnaculum quoddam contra mortem marito suo existimanda est.
 Mulier impia homini iniquo portio dabitur, pia verò datur ei qui Dominum timer.
 Inhonestæ mulier contemnit ignominiam, filia verò honesta virum etiam veretur suum.
 Mulier impudens cani comparanda est: quæ autem prædita est pudore, Dominum reueretur.
 Mulier virum suum honorans, sapiens ab omnibus iudicabitur: spernens autem eū impia, nobilitabitur superbia.
 Clamosa mulier & linguax, ad fugandos hostes idonea perspicietur: omnis verò hominis animus his moribus conformis inter tumultus bellicos versabitur.
 25 Duo cor meum contristant, & tertium mihi mouet indignationem:
 26 Vir bellicosus egestate laboras, & homines prudentes, quum abiecti in summo versantur contemptu.
 27 Tum qui à iustitia ad peccatū se refert, Dominus eum gladio destinabit.
 28 Mercator vix euitabit delictū, & caupo culpa non vacauerit.

CAPVT XXVII.

- 1 **M**ulti peccauerunt propter inopiam, & qui quærit abundare, oculum suum auertit. *1. Tim. 6. b. 9. Prov. 23. 4. 4.*
 2 Vt fixus inter compages lapidum paxillus: ita peccatum inter venditionem virgetur & emptionem.
 3 *Conteretur cum delinquente delictum.*
 4 Nisi quis se in timore Domini studiosè continuerit, citò euertetur domus eius.
 5 Quemadmodum sordes in excusso cibo remanent, ita spurcitia hominis in cogitatione ipsius.
 6 Fornax probat vasa figuli, homo verò in cogitatione sua probatur. *Prouerb. 27. c. 21.*
 7 Cultum arboris indicat fructus eius: ita animi hominis meditarus sermo declarat.
 8 Ne laudes quenquam, antequam eius orationem intellexeris: nam hæc demum hominum probatio est.
 9 Si sequare iustitiam, assequeris eam: & tanquam togam honorificam indues.
 10 Volucres ad similes sui se recipiunt, ita veritas cultores suos reuifit. **B**
 11 Vt leo feræ insidiatur, ita peccatum mala facientibus.
 12 Oratio hominis pij, perpetua est sapientia: stultus autem instar lunæ variat.
 13 Insipientibus interuenturus, tempus obserua: cœtum verò hominum prudentiū frequenter adeas.
 14 Sermo stultorum offensionem habet, & risus eorum, sceleratam voluptatem.
 15 Oratio hominis crebrò iurantis horrore incutit, & aures obtundit talium contentio. *Sup. 23. b. 10.*

- 16 Conicertatio superbiorum sanguinis effusio est, & conuitia eorum auditu graua.
- Sup. 19. b. 10
22. c. 28
17 Enūtiator arcanorum fidem amisit, nec pro voto animi sui amicum inueniet.
- 18 Fac ames amicum, ac te ei fidum præbeas.
- C 19 Quòd si efferas eius arcana, ne affecteris eū postea:
- 20 Vt enim quispiam inimicum perdit suū, ita amicum tuum perdideris:
- 21 Et quasi qui auem manu emisit, ita amites amicum, quem nullo venatu recuperes.
- 22 Ne seferis eum, quoniam procul abscessit: & quasi caprea effugit laqueum.
- 23 Nam vulnus quidem obligari potest, & à cōuitiis aliquis reconciliationi locus est:
- 24 Proditor verò arcani omnem fidem amisit.
- Proverb. 10.
b. 10
25 Mala molitur nictans oculo: qui nouerit ipsum, missum faciet.
- 26 In conspectu tuo loquetur suauia, dictaque tua mirabitur: postea verò peruerter os suum, dictaque tua in offensionem adducet.
- D 27 Odio permulta sum prosequutus, sed nihil æquè atque talem: eum etiam Dominus oderit.
- 28 Qui lapidem proiicit in altum, in caput suū proiicit: & ictus dolosus magnum vulnus infligit.
- Proverb. 26.
d. 27
Ecclesi. 10. b. 8
29 Qui foueam effodit, in eandem incidet: & qui laqueum ponit, eodem capietur.
- 30 Qui mala molitur, malis inuoluetur: nec sciet vnde sibi ingruant.
- 31 Ludibrium & opprobrium comitatur superbos, & vltio eis quasi leo insidiabitur.
- 32 Qui lætantur casu piorum, capiētur laqueo: & ante mortem dolore conficientur.
- 33 Et furor & ira sunt execrabilia, & vir sceleratus his erit obnoxius.
- CAPVT XXVIII
- Deut. 32. c. 35
Rom. 12. d.
19
1 **C**upidum vltionis vltio manet à Domino, & peccata eius sedulo conseruabit.
- 2 Remitte iniuriam proximo tuo, & tunc tibi quoque oranti peccata dissoluentur.
- Mat. 6. b. 14
3 Anne homo iram retineat aduersus hominem, & à Domino salutem postulet?
- 4 Aut erga hominem sui similem nullā capiat misericordiam, & pro peccatis suis deprecetur?
- 5 Ipse quum sit caro, iram fouet, & quis peccata eius expiabit?
- 6 Memento extremorum, atque inimicitias depone:
- 7 Perniciem mortemque proximo per iram ne mineris, sed persiste in mandatis.
- 8 Memento mandatorum, nec iras caris proximo.
- B 9 Pactum Altissimi tibi propone, & ignorantiam despice.
- Supr. 8. a. 1
10 Abstine à rixis, peccataque minues.
- 11 Nam iracundus homo pugnam accēdet: vir sceleratus conturbat amicos, atque inter eos qui pacem habent, calumniam iniicit.
- Proverb. 26.
c. 21
12 Pro materia subiecta ignis exardescit, ita pro vehemētia pugnae ardor excitatur: & pro viribus hominis furor eius inualescit, proque opibus eius ira augetur.
- 13 Rixa festinata ignem accendit, pugnaque properè suscepta effundit sanguinem.
- 14 Scintilla, si afflaueris, accendetur: sin expue

- ris in eam, extinguetur: attamen vtrunq; tuo ex ore proficiscitur.
- Sup. 21. d. 30
15 Delatorem execreris & bilinguem: multos enim pacem habentes perdiderunt.
- 16 Lingua duplex multos commouit, eosq; ex alia in aliam gentem transtulit.
- 17 Ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit.
- 18 Vrbes diruit validas, & potentium domos euertit.
- 19 Lingua duplex strenuas profligauit mulieres, suisque laboribus defraudauit.
- 20 Qui attentè audit eam, tranquillitatem non inueniet, nec quietam vitam.
- 21 Plaga à flagello facta, vestigia in cūte impressa relinquit: plaga verò à lingua accepta, ossa planè comminuit.
- 22 Acie gladij multi occubuerunt, plures tamen per ipsam linguam interierunt.
- 23 Beatus qui tutus fuit ab ea, nec in furorem eius incurrit: qui iugum ipsius non subiit, nec vinculis eius fuit constrictus.
- 24 Iugum enim illius iugū est ferreum: & vincula eius ærea vincula.
- 25 Mors dira est mors illius, & Orcus potius quàm ea experendus.
- 26 Pij eius imperium non sustinebunt, neque illius flamma conflagrabit.
- 27 Qui deserunt Dominum, incident in illam: eaque in ipsos exardescet, nec extingui poterit: in hos quasi leo immittetur, & velut pardus interitum afferet.
- 28 Ecce possessionem tuam vepribus circūspias, & ori tuo valuas obicēque opponas.
- 29 Obliga argentum & aurum tuum, orationique tuæ stateram adhibe, atque ori tuo valuas oppone & obices.
- 30 Attēde ne labaris in illis, ne coram insidiatore corruas.

CAPVT XXIX.

- 20 Fidei fiso.
- 1 **Q**ui colit misericordiam, proximo mutuū dabit: & qui manui suæ imperat, madata custodit.
- 2 Proximo mutuū tempore necessitatis eius dato, rursumque ei quod ab eo acceperis, in tempore reddito.
- 3 Fac tua cōfirmes dicta, fidumque te illi præbeas: & in omni tempore necessaria tibi reperies.
- 4 Multi quod mutuū acceperant pro reperto habuerunt, molestiamque iis exhibuerunt à quibus adiuti essent.
- 5 Est qui dum accipiat, manum alterius exosculetur: & propter pecunias proximi voce vitur supplici.
- 6 Qui rursum, quum restituendum est, extrahit tempus: negligentisq; hominis verba dat, & tempus excusat.
- 7 Quòd si etiam soluendo est, dimidiam vix partem affert, debitumque pro repertio arbitratur.
- 8 Sin minus sua ipsum pecunia defraudat, atque inimicitias cum eo vltro suscipit:
- 9 Execrationes conuitiaque ei rependēs, pro honore illi reddit contumeliam.
- 10 Multi igitur ob hanc malitiam se auertunt ab homine, ac nullo suo merito defraudari me-

metuunt.

- 11 Veruntamen erga hominem humilem patientes esto, neque eum expectatione beneficii diu ducas.
- 12 Propter præceptum subueni pauperi: atque eum, quia inops est, ne repudies.
- 13 Propter fratrem & amicum amitte pecuniam ut nihil emolumenti ad te redeat: neque sub saxo eam abdens, ad interitum rubigine obducas.
- 14 Theaurum tuum secundum mandatum Altissimi colloca, & tibi magis quam aurum proderit.
- 15 In cellas tuas concludere beneficentiam, & eam te ex omni afflictione liberabit.
- 16 Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratians hominis quasi pupillam conseruabit.
- 17 Et postea resurget, & retribuet illis retributionem vicinique in caput illorum.
- 18 Magis quam scutum validum robustaque lancea, aduersus hostem pro te pugnabit.
- 19 Vir bonus fideiuber pro amico: at qui pudorem amisit, eum deserit.
- 20 Gratiam a fideiussore collatam ne obliuiscaris, animam enim pro te suam deposuit.
- 21 Repromissorem fugit peccator & immundus.
- 22 Beneficium sponsoris sceleratus euerit.
- 23 Sceleratus refugit a fideiussione, & ingratus liberatorem suum iam animo deserit.
- 24 Fideiussio multos perdidit feliciter agentes, eosque in modum marini fluctus agitauit.
- 25 Viros potentes expulit domo, atque intergentes peregrinas vagos effecit.
- 26 Sceleratus præceptorum Domini violator, incidet in sponsiones: & qui præstanda constitatur aliena negotia, litibus implicabitur.
- 27 Opitulare proximo pro facultate tua: veruntamen caue tibi ne cadas.
- 28 Præcipuum vitæ humanæ præsidium est aqua, cibus, & vestitus, atque domus ad integumentum turpitudinis necessaria.
- 29 Victus pauperis sub testamento trahibus confecto præstat, quam lautus ciborum apparatus in alienis.
- 30 Paruis æquè atque magnis contentus sis, ut ne tibi domicilium exprobrari audias.
- 31 Misera vitæ ratio, ex alia in aliam domum migratio: nam ubi fueris inquilinus, non audebis hiscere.
- 32 Hospitio atque potu excipies ingratos, & insuper acerba audies,
- 33 Ades inquiline, mensam adorna: & siquid est ad manum cibi, mihi præbeas.
- 34 Cede inquiline præsentem magnificentiam: opus est domo, excipiendus mihi hospitio frater est.
- 35 Grauias sunt hæc homini mentem habenti, obiectatio domus, creditorisque conuitium.

CAPVT XXX.

Castigatio liberorum.

- 1 Qui suum diligit filium, crebra ei admo-
uet flagella, ut in postremis vitæ suæ diebus gaudeat.
- 2 Qui filium suum castigat, iuuabitur eo, & inter notos eodem gloriabitur.
- 3 Qui filium suum docet, rem molestam faciet inimicis, & coram amicis de eo sibi gratulabitur.
- 4 Si pater eius vita excefferit, perinde est qua-

- si non decepsisset: ut qui superstitem sui similem reliquerit.
- 5 Viuus eum vidit, ex eoque lætitiā cepit: nec moriens villo dolore affectus est.
- 6 Aduersus inimicos reliquit vindicem, atque amicis gratum beneficiorum remuneratorem.
- 7 Qui blanditur filio, vulnera eius alligat, & facit ut ad omnem eius clamorem totis visceribus expauescat.
- 8 Ut equus indomitus euadit intractabilis, ita filius qui omni solutus est disciplina, præceps temerariusque existit.
- 9 Lactes filium, territabit te: ludas cum eo, te contristabit.
- 10 Ne arrideas illi, ut ne cum eo doleas, tandemque dentibus tuis infrendeas.
- 11 Ne des ei licentiam in iuuentute, neque ad eius errata conuieas.
- 12 Inflecte ceruicem ei adhuc iuueni, & dum puer est, eius latera tunde: ne aliquando durior factus, tibi non pareat, atque animæ tuæ dolorem afferat.
- 13 Erudi filium tuum, in eoque elabora, ne turpitudine eius aliquam tibi offensionem pariat.
- 14 Potior est pauper sanus & bene valens, quam diues suo afflictus corpore.
- 15 Sanitas, & bona corporis constitutio omni præstat auro, corpusque valens, immensis opibus.
- 16 Nullæ diuitiæ sunt corporis valitudine meliores, nec vlla voluptas maior lætitiā animi.
- 17 Melior est mors quam vita amara aut afflictæ, & diuturna corporis valetudo.
- 18 Bona ori clauso offensa, perinde sunt ac fercula epularum sepulchro apposita.
- 19 Quorsum sepulchro libameta? neque enim edet inde, nec odorem percipiet.
- 20 Ita se habet is quem Dominus persequitur.
- 21 Oculis videt, & ingemiscit: ut spado virginem complectitur, & suspirat.
- 22 Ne des ægritudini animum tuum, nec te ipsum consilio tuo affligas.
- 23 Lætitia cordis vita demum homini est: & gaudium viri, longinquitas ætatis.
- 24 Dilige animam tuam, & cor tuum consolare, ac mœrorem abs te longè depelle.
- 25 Multos enim mœror interemit, nec vllus in eo fructus est.
- 26 Inuidia & iracundia dies minuunt, sollicitudoque præmaturam adducit senectutem.
- 27 Cor splendidum ac bonum, in cibis victus rationem curamque habebit.

CAPVT XXXI.

- 1 Studium diuitiarum cum vigiliis coniunctum, corpus tabefacit, & somnum abigit sollicitudo earum.
- 2 Sollicitudo vigil interruit soporem, ut grauis corporis ægritudo somnum adimit.
- 3 Laborat diues in congerendis opibus, & in quiete suis deliciis expletur.
- 4 Laborat pauper in tenuitate vitæ, atque in quiete egenus existit.
- 5 Qui amat aurum, non habebitur iustus: & qui consecratur corruptionem, ea explebitur.
- 6 Multi propter aurum in ruinam præcipitati sunt, & paratum ante oculos suos exitium habuerunt.

- 7 Lignum offendiculi est ei sacrificantibus, & omnis insipiens eo capietur.
- Luc. 6. d. 24 8 Beatus diues repertus sine crimine, & qui aurum non est sequutus:
- 9 Quis est ille, & beatū prādicabimus? in populo enim suo miranda fecit.
- 10 Quis eo probatus est, integrūque cōpertus? is esto specimē gloriā. quis potuit peccare, qui non peccarit? quis malē agere, qui nō malē egerit?
- B 11 Itaque eius bona constabulentur, eiusq; beneficia in cōtū sanctorum commemorabuntur.
- 12 Quum magnificā accubueris mensā, in illā faucibus tuis ne inhies: nec dicas multa esse apposita.
- 13 Non dicās, Simulata sunt quae super illam sunt.
- 14 Fac memineris quantum malum sit oculus nequam.
- 15 Et quid nequius oculo creatum est? quippe qui quacunque de causa lachrymerur.
- 16 Ne extendas manum quocūque aspexerit, nec eam cum ipso in catinum inferas:
- 17 Ne comprimaris in conuiuio.
- Matt. 7. d. 2, c. 12 18 Quae sunt proximi, ex te ipso considera: ac rem omnem perpende.
- 19 Apposita tibi, ut homo, comedas: nec te ingurgites, ut in odium non incurras.
- 20 Modestia causa desiste primus, nec te infatigabilem praebeas, nequid offendas.
- 21 Quod si discubueris inter multos, manū primus ne extenderis.
- C 22 Quam paruo homo bene institutus est contentus: quo fit ut in cubili suo non anhelet.
- Infrā 37. d. 32 23 Vigilia laboriosa, & cholera, contorsioq; alui, hominis intemperantis comes est.
- 24 Somno salubri fruuntur viscera temperatis: mane is surgit, & compōs est animi.
- 25 Quod si fueris ad cibos coactus, exurge, obambula, vome, & conquiescas.
- 26 Audi me fili, ne spernas me: etenim quae ego dico, tandem tu experieris.
- 27 In omni negotio prōptum te praebe, nec ullus morbus inuadet te.
- Prou. 22. b. 9 28 Hominem panes liberaliter erogantem labia prādicabunt, certūque extabit honestatis eius testimonium.
- 29 Qui malignē panem impertit, in eum frendet ciuitas: nec dubium erit malignitatis eius testimonium.
- D 30 In vino virum ne te exhibeas: vinum enim multos perdidit:
- Iudith 13. a. 2 31 Ut fornax probat duritiem mucronis, dum mergitur: ita vinum cor superbiorum, quum inebriantur.
- 32 Vinum humanae vitae accommodatum est, si moderatē bibatur.
- Psal. 103. b. 15 33 Quenam vita est eius qui vino victus est? atque ipsum ad exhilarandos homines creatum est.
- Prou. 31. a. 4 34 Quid defraudat vitam? Mors.
- 35 Vinum in iucunditatem creatum est, & non in ebrietatem, ab initio.
- 36 Lætitiam animi & hilaritatem parit potus vini iustus atque opportunus.
- 37 Sanitas est animae & corpori, sobrius potus.
- 38 Vinum multum potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas faciens.
- 39 Vinum copiosius sumptum acerbitatē animi parit cum rixis, & contumacia.

Ecclesiasticus.

- 40 Animum stulti ebrietas maiorem efficit ad offendiculum, vires eneruat, infertque vulnera.
- 41 Ne reprehendas proximum in conuiuio comporatione hilaro, nec eum in sua læticia vituperes.
- 42 Dicto probroso ne lædas illum, nec in occursum eum affligas.
- CAPVT XXXII.
- 1 SI summus conuiuij magister es constitutus, ne te supra alios efferas, sed quasi vnū ex illis praebeas.
- 2 Habeto curam eorum, atque ita confide: & quum tuo munere perfunctus fueris, commendationem adeptus, acquiesce:
- 3 Ut læteris eorum causa, ornamentique gratia coronam accipias.
- 4 Loquere senex, quia te quidem decet:
- 5 Sed cum intelligentia exquisita, nec musica prohibe.
- 6 Vbi nulla est audientia, sermonē ne iniicias, neque intempestiū sapienter agas.
- 7 Conuentus musicorum in conuiuio cōporatione læto, est quasi insigne carbūculi in ornatu inclusum aureo.
- 8 Et modulatio cantorum adhibita ad suaue vinum, est tanquam sigillum smaragdi in apparatu aureo positum.
- 9 Audi tacēs, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.
- 10 Loquere adolescēs, si vltus tui veniat, vix tamen, etiam quum bis rogatus fueris.
- 11 Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum.
- 12 Summatim sermonem comprehende, paucisque multa: sis ut homo intelligēs, & interea tacens.
- 13 In cōtū procerum ne te illis exæques, in cōuentūque senum ne multa garrias.
- 14 Ut fulgur praecurrat tonitru, ita prudentē gratia antecedit.
- 15 Maturē surge, ac non inter vltimos domum accurre, neque desideas.
- 16 Ibi lude, tuoque indulge arbitrio: modō ne pecces, aut superbē quid agas.
- 17 Ad hæc celebra eum qui te creauit, & qui te suis bonis cumulat.
- 18 Qui reueretur Dominum, eius disciplinam amplectetur: & mane eum quærentes, benevolentiam ipsius reperient.
- 19 Qui sectatur Legem, ea explebitur: simulator verò in ea offendetur.
- 20 Qui timet Dominum, quod iustum est deprehendent: & tanquam lumen iustitiam accendent.
- 21 Homo sceleratus declinat castigationem, & pro voluntate sua defensionem excogitat.
- 22 Vir consultus non spernit deliberationem: at ineptus & superbus nullo metu commouetur,
- 23 Etiam quum inconsultò quid fecerit.
- 24 Nequid inconsultò facias, & non te facti poenitebit.
- 25 Viam ne ingrediaris impeditam, ne in petricosis offendas: rursum autem planæ viæ ne confidas.
- 26 Atque etiam tibi à liberis tuis caueas.
- 27 In omni bono opere animo fideli esto: hæc enim est mandatorum Dei obseruatio.
- 28 Qui

Sup. 20. d. 1

Eccles. 3. b. 7
Supr. 10. a. 7

B

C

D

28 Qui confidit Domino, mandata eius obseruat: & qui fiduciam in eo suam habet, nullo afficietur detrimento.

CAPVT XXXIII.

20 Non perdenda libertas. 25 Serui quomodo tractandi.

1 **T**imeti Dominum nihil accider mali, sed tantum in tentatione, rursusque eum eripiet.

2 Non odit Legem vir sapiens: qui autem fide versatur in ea, velut nauis in procella est.

3 Homo cordatus fideliter in Lege versabitur: & Lex ei vicissim erit fidelis.

4 Ut in interrogatione plana dispone tuam orationem, & tunc audieris: doctrinam connece, ac tunc responde.

Sup. 22. b. 17

5 Similia rotæ curru intima stulti sunt, & velut axis versatilis eiusdem cogitatio.

6 Amicus irrisor est quasi equus admissarius, qui sub quouis fessore hinnit.

7 Quare dies diem præcellit, quæ omnis lux dierum anni à sole proficiscatur?

8 Iudicio Domini distincti sunt, qui vicissitudines temporum festorumque dierum disposuit.

9 Is alios dies extulit ac consecrauit, alios in ordinem dierum redegit.

B

10 Et omnes homines è terra sunt orti, Adàmque è terra creatus est.

Gen. 1. d. 27.

Gen. 2. d. 7

11 Sed Dominus multiplici scientia distinxit eos, & vias eorum diuersas fecit.

12 Alios fortunauit atque euexit, consecrauit propinquosque sibi fecit alios: alios execrabiles habuit & depressit, suisque euertit sedibus.

Rom. 9. d. 20

13 Ut lutum in manu figuli est, quod pro suo tractet arbitrio:

14 Ita homines sunt in manu Dei creatoris sui, quibus pro suo iudicio singulis reddat.

2. Corint. 6.

6. 14

15 Ut contrarium malo bonum, contrariaque morti vita est: sic oppositus scelerato est pius, & aduersus pium sceleratus: ita in omnibus operibus Altissimi bina quæque videas, quorum alterum repugnat alteri.

16 Nouissimus autem ego euigilaui, tanquam racemator properans post vindemiatores.

C

17 Profecique in gratia Domini, & perinde ac vindemiator torcular impleui.

Supra 24. c.

26

18 Considerate non mihi soli laborasse me, sed omnibus iis qui disciplinam quærent.

19 Audite me principes populi, ac rectores ecclesie aures adhibete.

20 Nec filio, nec vxori, nec fratri, nec amico permittas in te potestatem in vita tua: nec bona tua des alteri, ne poenitentia ductus, eadem supplex requiras.

21 Dum viues atque spiritum duces, ne te cuiquam mortalium emancipes.

22 Præstat enim filios tuos tui indigere, quam te in manus filiorum tuorum respicere.

23 In omnibus rebus tuis teneas principatum.

24 Ne gloriæ tuæ vllam maculam aspergas. In tempore dierum vitæ tuæ finiendorum, quum tibi moriendum erit, hæreditatem distribue.

25 Pabula, virga, oneræque asino conueniunt: & cibaria, castigatio, atque opera seruo.

D

26 Opus seruo faciendum impolueris, quietem adipisceris: manus eidem laxaueris, quæret li-

bertatem.

27 Iugum & lorum ceruicem subigunt, ita neruus & tormenta seruum maliciosum.

28 Mitte eum in opus, ne sit otiosus:

29 Otium enim multa vitia docuit.

30 Adige eum ad opus quod officium eius postulat, quod si non paruerit, suis eum graua cõpedibus: caueto tamen nimius esse in vllũ corpus, nec quicquam citra iudicium egeris.

31 Si tibi seruus est, vt animam propria foueas illum, propterea quod eum in sanguine comparasti: si seruus tibi est, tracta vt fratrem, quoniam eius vt animæ propria indiges.

Supr. 7. c. 28

32 Quod si eum læseris iniuria, illæque profectus aufugerit, quanam eum via requiras?

CAPVT XXXIIII.

1 **S**pes stulti vanæ ac falsæ sunt, & somnia insipientibus alas extollunt.

2 Quasi qui vmbra captat ventumque persequitur, est is qui somniis attendit.

3 Spectrum somniorum ex imagine rei alterius existit, sicut ex facie aduersa faciei simulachrum.

4 Ab impuro quæ puritas proficisci, aut quæ à falso veritas emanare poterit?

5 Auguria, diuinationes, somnia sunt vana: & instar parturientis animus phantasia occupatus.

6 Nisi ab Altissimo visitadi tui causa missa fuerint, animum ad illa tuum ne applices.

7 Multos enim insomnia deceperunt: & qui conceperunt spem ex illis, exciderunt.

8 Sine mendacio præstabitur Lex, orique veraci sapientia perfectio est.

9 Qui multa peragrauit loca, multa nouit: & qui multarum vsum rerum est consequutus, sapienter differet.

B

10 Qui nihil est expertus, parum nouit:

11 Homo verò in multis regionibus rebusque versatus, maiorem astutiam acquirit.

12 Ego in vagatione mea multa vidi, pluraque quam dicam intelligo.

13 Sæpe vsq; ad mortem periclitatus sum, rursusque per ista conseruatus.

14 Spiritus timentium Dominum viuet:

15 Spes enim eorum sita est in ipsorum seruator.

16 Qui timet Dominum, nihil metuet: neque expauescet, quia spes eius ipse est.

17 Beata est anima ei qui Dominum reueretur.

18 Quem enim spectat, aut quo nititur?

19 Oculi Domini in eos sunt intèri qui ipsum diligunt: potens præsidium, ac firmamentum validum, tegumentum ab æstu, vmbraclum à meridie, ab offensione tuitio, in ruinæque auxilium:

20 Erigit animum, oculos illuminat, sanitatem dat, vitam & prosperitatem.

21 Qui sacrificat ex rebus iniuste partis, hostiam offert ridiculam: inimicorumque donaria nulla vnquam cum gratia accipientur.

Proverb. 22. d. 17

22 Dominus solus sustententibus se in via veritatis existit.

23 Oblationibus impiorum non delectatur Dominus, nec multitudine sacrificiorum pro peccatis placatur.

Prou. 15. b. 8

24 Quasi qui sacrificat filium coram patre, est is qui sacrificium offert pauperis bonis comparatum.

D

- 25 Panis indigentium est vita pauperum: qui
eo illos defraudat, vir est sanguinarius:
26 Qui victu proximum priuat, eum occidit:
Deuter. 24. 27 Et qui mercenariū sua fraudat mercede, san-
c. 14. guinem effundit.
Supr. 7. c. 22 28 Quū quod extruit vnus, alter destruit: quid
præter laborem redit ad vtrunque?
29 Quū quod precatur alius, alius execratur:
vtrius vocem exaudiet Dominus?
Numer. 19. 30 Si quis ablutus à cadauere, rursus idem con-
b. 11. tingerit, quid ei proderit ablutio?
2. Pet. 2. d. 20 31 Similiter si quis propter peccata sua ieiunio
se affligit, rursūque abit vt eadem commit-
tat: quis preces eius exaudiet? aut quid sibi sua
profuit afflictione?

CAPVT XXXV.

- 1 **Q**ui Legem custodit, copiosa facit sacri-
ficia:
2 Et qui mandata obseruat, hostiā offert
salutarem.
3 Et deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia.
4 Qui bene meritis gratiam refert, similaginē
Phil. 4. d. 18 offert: & qui beneficentiam exercet, sacrificiū
facit laudis.
5 Recedere à malicia, Deo grata res est: iustitiā
relinquere, piaculare sacrificium.
6 Ne venias in conspectum Domini vacuus:
Ex. 23. b. 15, 7 Hæc enim omnia præcepti causa sunt insti-
tuta.
8 Aram pinguefacit immolatio iusti, eiusque
Gen. 4. d. 4 odor coram Altissimo suavis est.
9 Sacrificium viri iusti est acceptum, eiusque
B memoria nulla obliuione delebitur.
10 Dominum oculo honora benigno, nec pri-
mitias manuum tuarum minue.
2. Cor. 9. b. 7 11 In omni munere vultum præbeas hilarem,
& cum lætitia decimas consecra.
12 Offer Altissimo munera pro munificentia
Tob. 4. a. 6 ipsius erga te, prouentūque manuum tuarū
benigno oculo.
13 Nam Dominus remunerator est, qui reddet
tibi septies tanto amplius.
14 Ne quicquam ex dono tuo diminuas, nec
Leu. 22. c. 21 enim id recipiet:
Deu. 15. d. 20 15 Nec iniquum obeas sacrificium, quoniā Do-
minus iudex est, nec valet apud eum ratio o-
Deu. 10. d. 17 piniōque personæ.
2. Paral. 19. 16 Nullam habet rationem personæ aduersus
c. 7 inopem, sed hominis iniuria affecti precatio-
nem exaudit.
Iob 34. b. 19 17 Supplicationem orphani minimè negliget:
Sap. 6. b. 8 nec viduam, si querelam effundat suam.
Act. 10. e. 34 18 Nōne lachrymæ viduæ in genas eius de-
fluunt, & vociferatio eius aduersus illum est
Rom. 2. b. 11 qui eas euocauit.
Galat. 2. b. 6 19 A maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, & Domi-
Eph. 6. b. 9 nus exauditor delectabitur in illis.
Colof. 3. d. 26 20 **C**ui Deum colit, suscipietur cum beneuo-
lentia: eiusque precatio vsque ad nubes per-
tinget.
21 Oratio afflictī nubes penetrat, nec conque-
scit ac desistit, donec peruenerit ad Altissimū,
is que respexerit.
22 **D** iudicabit iustos, iudiciūq; exercebit, neq;
moram faciet Dominus: nec patiētiam super
eis diutius habebit fortis,
23 Donec conquassarit lumbos immiserico-
dium, gentēque supplicio multauerit: donec

Ecclesiasticus.

- sustulerit turbā iniuriosorū, atque iniustorum
sceptra confregerit:
24. Donec iuxta sua cuique acta rependerit, &
iuxta cuiusque opera eorum cogitationes vin-
dicarit:
25 Donec exercuerit iudicium populi sui, eōs-
que sua misericordia recreauerit.
26 Quam præclara est calamitoso tempore mi-
sericordia: quasi nubes pluuię in tempore sic-
citatē.

CAPVT XXXVI.

- 1 **M**iserere nostri Domine Deus omnium,
& respice nos:
2 Meritūque tui immitte omnibus gētibus,
quæ te non requirunt.
3 Tolle manum tuam super gentes alienas, vt
Ier. 10. d. 25 potentiam tuam perspiciant.
4 Vt inspectantibus illis numen tuum in no-
bis declarasti, ita coram nobis maiestatem in
illis tuam ostende:
5 Vt cognoscant te, quemadmodum nos te co-
gnouimus: quoniam nullus præter te Deus
est, Domine.
6 Noua ede signa variāque miracula.
7 Ostenta manum brachiūque dextrum, vt
miranda facta tua prædicent.
8 Excita indignationem, iramque effunde.
9 Aduersarium aufer, atque inimicum con-
tere.
10 Accelera tempus, mementoque iuramenti, **B**
vt tua commemorentur mirabilia.
11 Qui euaserit, ira ignis absorbeat: & op-
pressores populi tui exitium consequantur.
12 Contere capita principum inimicorum, qui
dicunt, Non est alius præter nos.
13 Congrega omnes tribus, & eas vt ab initio
posside.
14 Miserere Domine, populi nomine tuo ap-
pellati, & Israel quem primogenitum nomi-
nasti. Exod. 4. e. 22
15 Misericordiam cape erga Ierusalem urbem
tuæ sanctitatis, ac locum quietis tuæ.
16 Reple Sionem, vt tua oracula extollar: tuāq; **C**
tuum populum gloria exple.
17 Da testimonium iis quos ab initio vt posses-
sionem acquisuisti, prophetias in tuo nomi-
ne suscita.
18 Tribue mercedem iis qui te expectāt: & fac
vt tuis Prophetis fides habeatur.
19 Preces seruorum tuorum exaudi Domine, **Num. 6. d. 13**
iuxta benedictionē Aaronis pro populo tuo
factam: & omnes qui terram habitant, cogno-
scant te Dominum Deum esse sempiternum.
20 Venter quemuis cibum capit: est tamen ci-
bus cibo melior.
21 Vt fauces ferinam gustu deprehendunt, ita
animus sagax verba mendacia.
22 Præua mens molestiam affert, & vir multa
expertus resistet ei.
23 Cuiusuis maris capax est mulier: filia autem **D**
filia præstat.
24 Pulchritudo mulieris exhilarat vultum, at-
que omnia hominis desideria superat.
25 Si in lingua eius est comitas, mansuetudo, ac
sanitas, maritus eius ex communi hominum
numero est eximendus.
26 Qui vxorem nactus est bonam, rationem rei
faciendæ iam inchoatam adeptus est, quū ad-
iuri-

utricem habeat confortem, & columē quōdam quietis suæ.

27 Vbi nulla sepes est, possessio diripitur: & cui non est vxor, ingemiscet vagabundus.

28 Quis enim fidat expedito latroni ex alia in aliam urbem oberranti? quis item homini nō habenti nidum, morantique vbicunque aduē sperauerit?

CAPVT XXXVII.

1 Amicitia. 30 Temperantia.

Quiuis amicus dicet, Huic ego quoq; sum amicus: sed est amicus nomine solum amicus.

2 Nonne mœror est ad mortem vsque manens, socius amicūque conuersus in inimicum?

3 O scelerata cogitatio, vndenam prorepisti vt terram dolo operires?

Supr. 6. b. 10

4 Sodalis rebus lætis familiariter viuit cum amico, qui tempore calamitatis aduersarius existet.

5 Est qui causa ventris laborat pro amico, & aduersus hostem scutum arripit.

6 Ne animū tuum amici vlla capiat obliuio, nec in facultatibus tuis illius sis immemor.

7 Quibus tu suspectus es, cum his consiliū ne ceperis: idque cela eos qui tibi inuident.

Supr. 8. c. 21,

9. c. 21

8 Omnis consiliarius suum extollit consiliū, sed sunt qui sibiipsis consulant.

B 9 Caue tibiip̄si à consiliario: priusque cognosce qua ipse re indigeat: (nam ipse sibi consulit) ne sorti committat te & aleæ.

10 Etiam tibi dicat, rectam te viam rationemq; instituisse: atque interim ex aduerso spectatorem se tui euentus constituat.

11 Ne consiliū capias cū muliere de ipsius pelli-

12 ce, de bello cum metuloso, de permutatione cum mercatore, de v̄ditiōe cum emptore, de gratitudine cum homine maligno,

13 Cum inhumano de humanitate, cum pigro de quouis opere,

14 Cum annuo mercenario de perfectione instituti operis, nec cum seruo ignauo de opera multa nauanda: ne, inquam, attendas his in vlla deliberatione suscepta.

15 Sed virum frequētes pium, quem noris obseruantem præceptorum Domini:

16 Cuius animus tuo respondeat, quique, si offenderis, tuo casu condoleat.

17 Ac consiliū cape ex teip̄so: nihil enim est illo tibi fidelius.

C 18 Solet enim interdum plura monere suus cuiusque animus, quàm septem in alta specula sedentes excubitores.

19 Ceterum in his omnibus Dominum ora, vt instituta tua fideliter dirigat.

20 Initium omnis operis sit ratio, & consiliū omnem actionem præcedat.

21 Indiciū cordis immutati, quasi quoddam vestigiū in vultu impressum est.

Quatuor rerum genera existunt, bonū & malum, vita & mors, in quibus lingua perpetuum habet dominatum.

22 Est vir astutus qui multos erudiuit, qui sibiip̄si est inutilis.

23 Est qui verbis affectans sapientiam, odiosus sit: qui omni sapientia careat.

24 Non enim est illi data gratia à Domino, quā

inops sit omnis sapientiæ.

25 Est qui sibiip̄si sapiat, cuius in ore certi sunt fructus sapientiæ.

D

26 Vir sapiens erudiet populum suum, & fructus intelligentiæ eius sunt stabiles.

27 Vir sapiens benedictione cumulabitur: & quicumque eum viderint, prædicabunt beatum.

28 Vita cuiusque numero dierum est definita, sed dies Israel sunt innumerabiles.

29 Sapiens in populo suo auctoritatem consequetur, & nomen eius viuet in perpetuum.

30 Fili, proba animam tuam in vita tua: & vide quid ei noxium sit, neque id ei indulgeas.

31 Non enim omnia omnibus conferunt, nec animus cuiusque quacunque re delectatur.

1. Cor. 6. c. 12

9. 10. c. 23

Supr. 31. c. 22

32 Ne sis in omnibus insatiabilis deliciis, neq; in cibis profusus.

33 Ingluuiem enim ciborum morbus comitatur, edacitasque inexplebilis in choleram conuertitur.

34 Multi auiditate ciborum insatiabili interierunt: at qui attendit, vitam prorogabit.

CAPVT XXXVIII.

Medicina commendatio.

Medicum suis affice honoribus propter necessitatem: etenim Dominus illum creauit.

2 Nam ab Altissimo est medicina, & à Rege gloriam consequetur.

3 Sciētia medici extollit caput eius: & coram principibus est admirabilis.

4 Dominus medicamenta procreauit de terra, & vir prudens ea non abhorrebit.

5 Nonne aqua à ligno accepit dulcedinem, vt potentia eius homini innotesceret?

Exo. 15. d. 25

Iudith 5. c. 15

6 Et ipse scientiam hominibus dedit, vt in mirabilibus suis gloriam consequatur.

7 Ipse sanat per hæc, atque hominis dolorem tollit.

Pharmacopola mixturas his suas temperat, neque vllum opera eius finem habent:

8 Sed prosperitas ab eo demanat super vniuersam terram.

9 Fili, ne prætermittas in morbo tuo quin Deum ores, & ipse sanabit te.

Esaiæ 38. d. 2

10 Recede à delicto, & manum dirige: atq; ab omni peccato cor emunda.

11 Suffimentum suavis odoris adole, monumentumque similaginis: opimumque munus offer, vt qui priores non feras.

12 Deinde medico locum des, vt cuius creator Deus est: nec discedat abs te, quoniam ipse indiges.

B

13 Euenit quum medicorum quoque manus successum consequantur.

14 Nam & ipsi Dominum orant, vt leuamentū sibi fortunet, causaque vitæ curationem.

15 Qui in Creatorem suum peccauerit, in manus medici incidat.

16 Fili, effunde lachrymas super mortuo, luctumque vt acerba passus exordire: iuxta verò morem funebrem corpus eius contege, nec sepulturam negliges.

Sup. 22. d. 10

1. Thessal. 4: c. 13

17 Acerbam ede lamentationem, planctumq; accende, & luctu quo dignus est, eum prosequere: idque vno aut altero die, vt calumniam euites, deinde accipe cōsolationem, quo mœ-

- rorem deponas.
- C** 18 Et *fac luctum secundum meritum eius vno die vel duobus propter detractionem.*
- Prouer. 15. b.** 19 Mœror enim mortem affert, animiq; ægritudo vires inflectit.
- 23. c. 17. d.** 20 Inductione *animi* etiam existit mœror, vitæq; hominis afflicti in animo consistit.
- 22** 21 Ne dedas animum tuum tristitiæ, sed eâ repelle memior extremorum.
- 22 Ne obliuiscaris nullam esse reuersionem: & quod illum nihil adiuueris, & teipsum afflixeris.
- C** 23 Memento illius sortem eam fuisse quæ tua futura est: mihi heri, tibi hodie.
- 2. Regum 12.** 24 In quiete hominis defuncti fac vt tua quoq; illius memoria cõquiescat: atq; in excessu spiritus eius consolationem super eo accipe.
- 2. 20** 25 Sapientia hominis literari in opportunitate otij comparatur: & qui minus sui habet negotij, sapiens existit.
- 26 Quomodo sapiens euadat qui tenet aratrum, quiq; gloriatur in hastili stimuli boues agens? qui in operibus eorũ nutritus est, cuius in ore atq; sermone taurorum progenies solũ verfatatur?
- 27 Is ad sulcos ducendos animum suum applicat, & ad pabula vaccis paranda vigilantiam præstat.
- 28 Eodem modo faber & architectus, qui noctes ac dies in opere trásgit: & qui sigillorum scalpunt cælaturas, quorum assidua est opera vt multam varietatem effingant: quique animo in id incumbunt, vt imitatione picturæ animalia expriment, atque operi perficiendo inuigilent.
- 29 Faber item ferrarius sedens ad incudẽ operi ferri intentus, vapore ignis corpus eius exicante, æstu fornacis conficitur.
- D** 30 Cuius aures creber mallei sonitus excauat, 31 qui oculos suos ad cõformandum instrumentum defigens, animum ad opus absoluẽdum applicat: & ad idem vigilat exactè poliẽdum.
- 32 Similiter sedens ad opus suum figulus, rotamque suam pedibus versans, ad opus suum summa cum cura semper incumbit, operã nauans planè numeratam.
- 33 Nunc lutum effingit manibus suis, nunc pedibus eiusdem vim subigit, atque operi plumbando curam impendit, ad purgandũq; caminum euigilat.
- 35 Horum omnium quisque suis fretus manibus, in opere suo consumit quod habet sapientia.
- 36 Ac sine his quidem nec coleretur vrbs vlla, neque habitaretur, nec aduẽtu hominum frequentaretur.
- 37 Attamen nec sententiam rogabuntur in cõsultatione populi, nec in concione eminebunt.
- 38 Nec sedebũt pro tribunalibus, nec formam rationemque iudiciorum intelligent: neq; verò de iure aut æquo pronũtiarint, nec in dictis exquisitis sententiisque locum habuerint.
- 39 Sed tuentur opificia mundi, & pro exercitio artis vota faciunt.

CAPVT XXXIX.

Solus qui ad Legem Altissimi applicauit animum, atque in meditatione eius ver-

Ecclesiasticus.

- satur, sapientiam omnium antiquorum exquireret, & in Prophetis studium operamque suam poneret.
- 2 Disputationes conseruabit celebrium virorum, atque in sententiarum reconditarũ inuolucra penetrabit.
- 3 Occultas prouerbiorum sententias conquireret, atque in ænigmatis parabolarum versabitur.
- 4 Inter proceres obibit munera, & corã principibus apparebit.
- 5 Peragrabit terras gentium exterarũ: etenim bona simul & mala inter homines expertus est.
- 6 Instituet animum manè ad Dominum creatorem suum salutandum, & coram Altissimo preces effunderet.
- 7 Os suum aperiet ad orandum, peccatq; sua deprecabitur.
- 8 Si dominus ille magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebitur.
- 9 Verbaque sapientiæ effunderet, & Dominum sua celebrabit oratione.
- 10 Ipse diriget consilium suum & scientiã, atq; in arcanis suis meditabitur.
- 11 Is disciplinam doctrinæ suæ declarabit, & B Lege pacti Domini gloriabitur.
- 12 Multi perpetuò laudabunt huius intelligentiam, nec memoria vnquam deficiet, aut abolebitur.
- 13 Sed nomen eius vigebit per omnes seculorum ætates.
- 14 Gentes commemorabunt huius sapientiã, eiusque laudem quiuis *hominum* cœtus peruulgabit. *Infra 44. b.*
- 15 Si vita defungatur, nomen relinquet milles celebrius quã alij: si remaneat, sibi acquiret.
- 16 Ego autem plura commentatus adhuc edisseram: quoniam instar plenæ lunæ refertus sum.
- 17 Audite me filij sancti, & quasi rosa iuxta riuum aquarum plantata pullulate.
- 18 Odore in modum thuris flagrate, & florem vt liliũ mittite.
- 19 Spirate odorem, laudẽmque canite, Dominũque in omnibus operibus suis celebrate.
- 20 Tribuite nomini eius magnificẽtiã, suisque eum laudibus prædicare tam canticis oris quã citharis. porrò in laudatione vestra ita dicetis, **C**
- 21 Omnia Domini opera præclara sunt, singulãque eius mandata suo fient tempore. *Gen. 1. d. 31*
- 22 Non est fas dicere, Quid hoc est, aut quorsum hoc? nam hæc omnia suo tempore declarabuntur. iussu eius vnda stetit instar acerui, & aquæ ad verbum oris eius se receperunt. *Mar. 7. d. 37*
- 23 Beneplacitum enim eius imperium est, nec est qui salutem illius minuat.
- 24 Omnia mortalium opera sunt posita in conspectu eius, neque ab oculis eius remota latere possunt.
- 25 A seculo in seculum prospicit, nec corã ipso quicquam est admirabile.
- 26 Nihil est, cur quisquam dicat, Quid hoc? aut quorsum hoc? omnia enim ad vsus suos creata sunt. *Gene. 1. b. 9*
- 27 Benedictio eius quasi fluuius operit terrã, & velut inundatio eam fecundat.
- 28 Iram

- 28 Iram eius gentes ita acquirunt, sicut in falsu-
ginem aquas conuertit.
- Exo. 14. c. 21 29 Vt viæ eius sanctis planæ sunt, ita iniquis ad
offendiculum procliues.
- 30 Bona ab initio creata sunt bonis, & mala iti-
dem improbis.
- Sup. 29. d. 28 31 Summa omnium ad vitam hominis necessa-
riorum constat aqua, igni, ferro, sale, similia fru-
menti, melle, lacte, sanguine vuarum, oleo, ve-
stirique.
- D 32 Quæ omnia vt piis in bonum, ita improbis
in malum conuertuntur.
- 33 Sunt spiritus ad vindictam creati, qui furo-
re suo confirmant flagella eius.
- 34 Hi tempore internecionis vim effundunt, cõ-
summantque iram Creatoris sui.
- Infr. 40. b. 9 35 Ignis, grando, fames, & mors: simul omnia
hæc ad vindictam creata sunt.
- 36 Dentes ferarum, scorpiones, & serpentes,
ac gladius exitialem impiis pœnam infligunt.
- 37 Hæc gaudebunt mandato eius, atque ad v-
sus in terra præparabuntur: nec iussa tempo-
ribus suis exequenda præteribunt.
- 38 Quapropter confirmatus iam inde ab ini-
tio, meditatus sum hæc, scriptisque mandauit.
- Gen. 1. d. 31 39 Opera Domini bona sunt omnia, ipsæque suo
tempore suppeditat quæcunque postulat ne-
cessitas.
- 40 Non licet dicere, Hoc illo peius est: omnia
enim suo tempore laudem inuenient.
- 41 Nunc igitur corde toto ac ore laudes canite,
nomenque Domini celebrate.

CAPVT XL.

- 1 **M**agnum negotium cuique homini de-
stinatum est, & graue iugum posteris
Adami, iã inde à die quo ex vtero matris exti-
terunt, vsque ad eum quo ad communem om-
nium matrem reuertuntur.
- 2 Cogitationes eorum dico metumque ani-
mi, tum sollicitas rerum expectationes, ac mor-
tis diem:
- 3 Ab eo qui sedet in solio maiestatis, vsque ad
eum qui humi atque in puluere abiectus iacet:
- 4 Ab eo qui gestat hyacinthina coronamque,
vsque ad illum qui crudo lino vestitus est.
- 5 Indignatio, æmulatio, perturbatio, commo-
tio, formido mortis, iracundia, similtas: atque
tempore quietis nocturnus in cubili somnus
mentem cuiusque variè afficiunt.
- 6 Parum ac propè nihil datur quieti: deinde
in somnis quasi in speculis excubaret, animi
sui imaginatione perturbatur.
- 7 Et velut qui è cõspectu prælij aufugerit, ex-
citatur tempore salutis suæ, vanumque terro-
rem admiratur.
- B 8 Hoc omni adiunctum est animanti, tam ho-
mini, quàm pecudi: at sceleratis se prius tanto
amplius:
- Sup. 39. d. 35 9 Ad hæc mors, cædes, dissidia, gladij, oppu-
gnationes, fames, clades, flagellaque:
- Gen. 7. b. 11 10 Simul omnia hæc in iniustos creata sunt, at-
que etiam diluuium propter ipsos extitit:
- Genes. 3. d. 19 11 Quæcunque è terra cõstant, in terrâ redeunt:
Infr. 41. b. 13 & è mari orta, in mare remeant.
- Eccles. 1. b. 7 12 Omnis largitio & iniusticia abolebitur: at
integritas perpetuò manebit.
- 13 Opes iniustorum in modum fluminis exa-

- rescent, & sicut ingens tonitru cū pluuia pro-
funditur.
- 14 Quum manus aperit ad recipiendum, gaudet:
sed prauè agentes prorsus deficient.
- 15 Non multiplicabit ramos soboles impio-
rum: nam impuræ radices in summa rupe exi-
stunt.
- 16 Pullus eorum super quamuis aquam aut o-
ram fluminis, ante omnem herbam euelle-
tur.
- 17 Benignitas instar horti est fortunati, & be-
neficientia in perpetuum permanet.
- 18 Vita hominis sua sorte contenti atque opera-
rij, habet suauitatem, sed vtrūque superat qui
thesaurum reperit.
- 19 Liberi & extructio ciuitatis nomen reddunt
stabile: at potior vtriusque cõsenda est vxor in-
culcata.
- 20 Vinum & musica cor exhilarant, sed vtroque
magis studium sapientiæ.
- 21 Fistula & psalterium suauem edunt carum:
linguæ verò suauitas vtrunque superat.
- 22 Venustatem ac pulchritudinem oculus desi-
derabit, sed viride semen existet vtroque gra-
tius.
- 23 Amicus ad tempus cõgruit cum amico: vir
tamen & vxor concordēs vtrique sunt præfe-
rendi.
- 24 Fratres & auxilia profuerint tempore cala-
mitatis: sed misericordia præstantior vtriusque
est liberatrix.
- 25 Aurum quidem & argentum pedem consta-
biliunt: sed consilium est vtroque commenda-
bilius.
- 26 Opes atque vires animum erigunt: sed ti-
mor Domini vtroque præstat.
- 27 Timori Domini nihil deest, nec est cur in
eo opem desideres.
- 28 Timor Domini est instar horti fortunatissi-
mi, in quo colendo atque ornando omnis a-
lia gloria est superata.
- 29 Fili, vitam medicam ne degeris: mors enim
mendicitati est præferenda.
- 30 Viri mensam alienam spectantis vita, non
est pro vita deputanda: animum enim suum
alienis contristat cibis.
- 31 Cauebit autem vir prudens & eruditus.
- 32 Ori impudentis suavis est mendicitas, & in
ventre eius ignis ardet.

CAPVT XLI.

- 1 **Q**uam amara est, ô mors, memoria tua ho-
mini quietè viuenti in bonis suis:
- 2 Homini omni cura solitudinèque va-
cuo, ac per omnia scelici, valenti que adhuc ci-
bum capere.
- 3 Quàm iucundum est, ô mors, iudicium tuum
homini egenti, defectoque viribus.
- 4 In extrema senectute curis districto omni-
bus, & qui diffidit, patientiamque perdidit.
- 5 Iudicium mortis ne timeas, sed superiorum
memineris & posteriorum: nam hoc quidem
à Domino decretum est omnibus mortali-
bus.
- 6 Quomodo autem recuses quod placet Altis-
simo, siue decem habeas, siue centum annos,
siue mille?
- 7 Vita nullam habet aduersus Orcum defen-
sionem.

- 8 Liberi execrabiles euadunt liberi sceleratorum, & quicunque versantur in vicinia impiorum.
- 9 Hæreditas liberorum improborum interibit: & opprobrium eum semine eorum perpetuò coniunctum est.
- 10 Patrem impium liberi accusabunt, quoniam propter ipsum in opprobrium incurrunt.
- 11 Væ vobis, viri impij, Legis summi Dei defectores: nam etiamsi fueritis multiplicati, peribitis.
- 12 Quum fueritis nati, in execrationem nascimini: quum mortui, in detestationem separabimini.
- Sup. 4. o. b. 11 13 Quæcunque è terra constant, in terram abibunt, itémque impij ab execratione ad interitum.
- C 14 Vt corpora suorum homines luctu prosequantur, malum tamen improborum nomen delebitur.
- 15 Habe curam nominis: hoc enim tibi manebit potius quàm magni thesauri mille auri.
- 16 Proba vita dies suos haber definitos: bonum autem nomen manet in perpetuum.
- 17 Filij, conseruate disciplinam placidè: sapientia occulta & thesaurus abditus quid profunt?
- Sup. 20. d. 33 18 Homo suam celas stultitiam, præstat homini suam sapientiam occultanti.
- 19 Quamobrem verba mea reueremini.
- 20 Neque enim quavis teneri verecundia pulchrum est: nec omnia, quum de fide agitur, probanda sunt in omnibus.
- 21 Pudeat vos coram patre aut matre, scortationis: coram verò principe ac potestatem gerente, mendacij:
- D 22 Delicti, coram iudice & magistratu: coram cœtu & populo, rei aduersus leges commissæ:
- 23 Coram socio atque amico, iniuriæ:
- 24 Et furti, in loco quem incolis: itémque coram Dei veritate, pactoque cubito inniti panibus: ne etiam vel dando, vel accipiendo aliquam subeas vituperationem.
- 25 Deinde pudeat te coram saluantibus, silentii: tum meretricem aspicerem mulierem:
- 26 Faciem auertere à cognato, parte sua aut re data defraudare quenquam.
- Matt. 5. d. 28 27 Ac de muliere viro iuncta secus cogitare, adhæc ancillæ cuiuspiam attentare pudicitiam, & ad lectum eius accedere: appetere amicum contumeliis,
- Sup. 20. b. 15 28 Aut quod donaueris, exprobrare:
- Supr. 19. a. 7 29 Quòdque auditum ab alijs acceperis, enuntiare alteri, & res secretas effutire. Ita demum verecundus verè fueris, & gratiam inieris apud omnes homines.

CAPVT XLII.

- Leui. 19. c. 15 1 In his autem ne des locum pudori, nec personæ rationem habeas, vt delinquas.
- Deu. 1. c. 17, 2 Quum agitur de Lege Dei, eiusque fœdere, et in eo iudicio, in quo homo pius sit absoluentus:
- Proverb. 24. c. 24 3 Quum socius & viatores sunt audiendi, aut quum hæreditas consortium est partienda.
- 4 In adæquanda libra & ponderibus, in posidendis siue multis siue paucis:
- 5 In æquabili venditione mercium, in crebra liberorum castigatione, in latere mali serui cruentando verberibus:

- 6 In fera mulieri malæ vtiliter apponenda, & claudendo vbi manus multræ sunt:
- 7 In eo quod cuiquam daturus es, ad numerum pondusque tribuendo, omniaque dando vel accipiendo ob signata syngraphis.
- 8 Præterea, quum insipientes stultiq; sunt instituenti, & quum homo decrepitus cum iuuenibus in iudicio contendit: ita demum eruditus verè fueris, atque omnibus qui viuunt, approbatus.
- 9 Filia patri vigilia est occulta, somnumq; abigit sollicitudo eius, ne aut in iuuentute florem ætatis prætereat, aut in cõiugio in odium incurrat:
- 10 Ne aut stupro polluat in sua virginitate, grauidaq; in domo patris deprehendatur: aut coniuncta viro, adulterio violet fidem coniugij, aut in eo planè sterile scatur.
- Sup. 26. b. 13 11 Filia inuerecundæ firmam adhibe custodiã, ne te ridiculum inimicis faciat, fabulam ciuitati, ne famosum in populo, in vulgusq; ignominiosum reddat.
- C 12 Ne contempleris quenquam hominè eius pulchritudine allectus, nec inter mulieres cõfideas.
- Sup. 25. d. 18 13 Nam vt tinea nascitur è vestimètis, ita à muliere nequitia muliebris.
- 14 Melior est nequitia viri, quàm mulier benigna: mulier quæ aliquid probro dignum cõmittit.
- 15 Equidem memorabo opera Domini: & quæ vidi, explicabo: in verbo Domini opera illius.
- 16 Sol lucidus collustrat omnia, opusque eius gloria Domini plenum est.
- 17 Nonne Dominus sanctis prædicanda constituit omnia miracula sua, quæ fundauit Dominus idem omnipotens, gloriãque sua cuncta constabiliuit?
- 18 Abyssum & cor peruestigat, astutãque eorum consilia intelligit: tenet enim Dominus omnem scientiam, & consignationem cui perspicit.
- 19 Præterita annuntiat simul & futura, arcanorumque vestigia detegit.
- 20 Nulla cogitatio eum præterit, nec vllus sermo eum latet.
- 21 Magnifica opera sua exornauit sua sapientia, & quum existat ante omne æuum, in æuum sempiternum:
- 22 Neque auctus est neque diminutus, nec cõsiliarij vllius indiguit.
- 23 Quàm sunt opera eius desiderabilia, atq; ad scintillam spectanda?
- 24 Vigent hæc omnia, atque per omne æuum permanent ad omnes vsus, cunctaque obediunt.
- 25 Gemina sunt omnia, quorum alterum contrarium est alteri, nec quicquam factum quod mancum sit.
- 26 Alterum confirmat bona alterius: & quis spectando gloriam Dei, fatietur?

CAPVT XLIII.

- 1 Gloria altitudinis, firmamentum puritatis, species cæli visu præclara.
- 2 Sol lucem annuntians in ortu suo, machina admirabilis, opus Altissimi.
- 3 Quum meridianus torret regiones, quis ardorem

dorem eius ferre poterit?

- 4 Ter tanto magis montes exurit, quàm qui fornacem sufflat accendendis operibus: vaporem igneum exhalat, atque splendore radiorum oculos præstringit.
- 5 Magnus Dominus illius effector, cuius iussu iter suum accelerat.
- Gen. 1. b. 16 6 Lunam idem fecit ut suo tempore existat, indicium temporum & signum ævi.
- Exod. 12. d. 2 7 Luna dies festus designatur, luce decrescen- te donec deficiat.
- 8 Mensis nomen ex ea accipit, & crescens mutationibus est admirabilis.
- 9 Apparatus est castrensis in altitudine, in firmamento cæli relucens.
- B 10 Pulchritudo cæli gloria astrorum, ornatusque luminosus in regione celsa Domini.
- 11 Ad imperium sancti suo consistunt ordine, nec unquam defessa suas stationes deserunt.
- Gen. 9. b. 14 12 Contemplare arcum splendore suo perquam elegantem, atque effectori eius laudem tribue.
- 13 Succingit cælum circulo gloriæ pleno, atque eum Domini manus extenderunt.
- Esā. 40. c. 12 14 Idem niuem suo accelerat imperio, & fulgetra pro suo iudicio celeriter concitat.
- 15 Propter hoc thesauris eius reclusis nubes tanquam volucres prouolant.
- 16 Corroborat nubes magna sua potentia, ut lapides grandinis elidat.
- 17 Eius aspectu montes commouentur, eiusdem voluntate Auster flat.
- 18 Sonitus tonitruum eius terram instar parturientis commouet, & Aquilonaris procella turbosque venti, more volucrum deuolantium locustarumque sidentium niuem descendentem spargit.
- 20 Pulchritudinem cælorum eius, miratur oculus: & ad imbrem eius, animus obstupescit.
- C 21 Idem pruina salis in modum humi effundit, quæ conglaciata palis imponat apicem.
- 22 Frigidus spirat ventus Boreas, & in glaciem cogit aquam: in omni aqua collecta commoratur, eamque quasi thoracem induit.
- 23 Montes depascitur, desertaque perurit: & herbam velut ignis perimit.
- 24 Quorum omnium præsens remedium est nubes, & ros vredini occurrens exhilarat.
- 25 Profundum consilio tranquillat suo, & insulas in eo plantat.
- 26 Nauigantes mare narrat eius pericula, quæ nos nostris audita auribus miramur.
- 27 Ac incredibilia sunt ibi & admiranda opera, omnigena varietas animantium, & natura cetorum.
- 28 Omnia per eundem consequuntur felicem finem suum, eiusque verbo sunt constituta.
- D 29 Diximus multa, nec tamen ea assequuti erimus: cæterum summa dictorum est, ipsum esse omnia.
- 30 Ad laudandum eum quæ nostra est facultas? ipse enim maior est omnibus suis operibus.
- Psal. 95. d. 4 31 Terribilis est Dominus, & perquam magnus: potentiaque eius mirabilis.
- 32 Glorificantes Dominum quantuncunque potueritis: superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius.
- 33 Quantum potestis, extollite Dominum lau-

dando: adhuc enim omni laude maior erit.

- 34 Extollendo eo colligite vires, neque lassescatis: nec enim laudando, eius laudem adæquare poteritis.
- 35 Quis eum vidit, & de eo loquetur? quis extollat eum sicuti est?
- 36 Multa occulta sunt his maiora: nam operum eius pauca vidimus.
- 37 Dominus enim creauit omnia, & sapientiâ piis dedit.

CAPVT XLIIII.

- 1 **P**orro laudemus viros illustres, & quibus prognati sumus, patres nostros.
- 2 Dominus per hos magnam gloriam acquisiuit iam inde à seculo magnificentia sua.
- 3 In regnis suis principatum obtinuerunt, viri potentia nobiles, prudentiaque ingenij sui excellentes, qui oracula Diuina annuntiarunt:
- 4 Qui populum consilio rexerunt, eaque intelligentia quæ literis erudita ad rectionem populi plurimum valet, quorum sapientes sermones in eorum doctrina habiti sunt:
- 5 Qui concentus exquisiuerunt musicos, & carmina scriptis prodita explicauerunt:
- 6 Viri diuites ac robore instructi, qui pacatam domi suæ vitam traduxerunt.
- 7 Omnes hi & ipsi suis ætatibus gloriam sunt adepti, & temporibus suis laudi fuerunt.
- 8 Ex his sunt aliqui qui nomen reliquerunt ad laudes commemorandas accommodatum.
- B 9 Sunt rursus quorum nulla extat memoria, qui quasi nunquam extitissent, ita interierunt: huiusmodique euaserunt homines, quasi nunquam omnino nati fuissent, quorum obscuritatem liberi ipsorum sunt sequuti.
- 10 Ex priore genere sunt homines misericordia præditi, quorum recte facta obliuioni non sunt mandata.
- 11 Quorum soboli bona asseruatur hæreditas, quorumque semen in fœdere comprehensum est: fœdere comprehensa est progenies eorum, eidemque succedens posteritas.
- 12 Posteritas eorum manebit in perpetuum, nec gloria eorum oblitterabitur.
- 13 Corpora eorum placidæ sepulturæ mandata sunt: nomen autem eorum uiuit per omnes ætates seculorum.
- C 14 Populi prædicant sapientiam eorum, cæterisque hominum illorum laudes celebrant.
- Sup. 39. b. 14 15 Henoch Domino Deo placuit, translatusque est exemplum penitentia nationibus constitutum.
- Genes. 5. c. 14 16 Hebr. 11. d. 5 17 Noë integer ac iustus inuentus est, cui in tempore iræ præmium tributum fuit:
- Gen. 6. b. 9 18 Ideoque reliquus terræ factus est, quum diluuium extitit.
- Gen. 7. d. 1 19 Cum eo fœdus est institutum sempiternum, ne diluuium uniuersum genus humanum intereat.
- Gen. 9. b. 11 20 Magnus est Abraham multarum patrum gentium, nec gloria ei par quisquam extitit.
- Gen. 12. d. 3 21 Is seruauit legem Altissimi, in pactoque cum eo permansit, quod ratum effecit in carne sua, atque in tentatione fidelis inuentus est.
- Gen. 15. d. 5, 17. d. 4 22 Quapropter iureiurando ei confirmauit, se benedicturum omnes gentes in ipsius semine, eumque instar pulueris terræ multiplicaturum.
- Gal. 3. b. 8 23 D
- Gen. 22. c. 16

- 23 Et quasi astra eius semen exaltaturum, ut à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad extrema terræ hæredes futuri essent.
- Genes. 26. d. 1 24 Idem Isaac confirmavit propter Abraham eius patrem,
- Gen. 27. d. 28, & 28. d. 1 25 Eam benedictionem ad omnes homines peruenturam: pactumque ad caput Iacob in quiete sancitum est.
- Gen. 28. c. 14 26 Agnouit eum in benedictionibus suis, atque ei hereditatem tradidit: distribuit partes eiusdem, ac in duodecim tribus dispersiuit.
- Iosue 18. 19 27 Ex hoc virum produxit misericordem, qui gratiam apud omnes homines adeptus est.

CAPVT XLV.

- 1 **D**Eo simul charum & hominibus Mosen, cuius memoria est perbeata.
- Exod. 11. d. 3 2 Hunc gloriæ sanctorum æquiparavit, magnamque fecit terrendis hostibus.
- Act. 7. c. 22 3 Eius oratione signa sedauit, atque eum reddidit gloriosum coram Regibus, mandata dedit huic ad populum suum, & ei gloriâ suam ostendit.
- Exod. 5. 7. 8 4 Sanctum hunc reddidit fide ac mansuetudine, atque ex omnibus elegit mortalibus.
- Exo. 16. c. 12 5 Vocem suam huic edidit audiendam, atque in nebulam eum induxit.
- Num. 12. d. 3 6 Huic præcepta coram tradidit, Legem vitæ scientiæque, ut pactum edoceret Iacob, & Israellem iudicia sua.
- Exo. 19. b. 7 7 Euexit Aaronem sanctum, illi consimilem, fratremque eiusdem è tribu Leui.
- Exo. 4. g. 28 8 Pactum æternum sanxit cum eo, ac sacerdotium populi ei attribuit: ornatu eum beatum reddidit, & habitu induit glorioso.
- 9 Perfecta magnificentia vestiuit eum, vasisque virtutis instruxit, periscelide, toga, epomide.
- B 10 Globulis aureis succinxit eum, crebrisque circuncirca tintinnabulis,
- Exo. 28. f. 35 11 Quæ sonos ederent ipso incedente, atque in templo tinnitum edereat in memoriam filii Israel, populo suo:
- 12 Stola sancta, auro item, colorisque hyacinthino, & purpura, Augusto habitu varij operis & artificij, pectorali iudicij, signis veritatis:
- 13 Opere coccinis filis artificiosè contexto, ac pretiosis lapidibus sigillorum in modum scalpris, operisque sculptoris illigatis in auro, cum scriptura monumenti causa incisa secundum numerum tribuum Israel.
- 14 Deinde aurea supra mitram corona quandam habente effigiem sanctitatis, ornamento honorifico, & eximio opere, oculorumque decore amœnorumque oblectamento.
- 15 Ante eum talia facta non sunt vlllo seculo,
- 16 Nec indutus est iis alienigena, sed filij eius soli, nepotesque perpetuo.
- C 17 Solidè cõsumi solita sunt horum sacrificia, bina videlicet quotidiana assiduitate oblata.
- Leuit. 8. d. 11 18 Manus huius Moses consecrauit, & eum sacro inunxit oleo.
- 19 Pacto sempiterno concessum est huic ac semini eius quoad erit dies celi, ministrare Deo simul & sacrificare, eiusque nomine populo ipsius fausta precari.
- 20 Hunc ex omnibus viuis ad libanda sibi muna, populumque suffimentis ad commedationem gratis odoribus expiandum elegit Dominus.

Ecclesiasticus.

- 21 Eidem mandata sua tradidit, ac secundum præscripta iura potestatem, ut testimonia sua doceret Iacob, & Israellem in Lege sua illuminaret.
- Deut. 17. c. 10, & 21. d. 5 22 Aduersus eum coorti sunt alieni, atque inuidia in eum in deserto exarserunt viri Dathá & Abiron sequuti, factioque Core cum iracundia & furore.
- Num. 16. d. 1 23 Hoc Dominus vidit, nec probauit: ideoque ira sua consumpti sunt.
- 24 Edidit in eos miracula, quum flamma ignis sui illos consumpsit.
- D 25 Aaronem verò auxit gloria, & fructum ei constituit hereditarium: primitias primogenitorum ei attribuit, in primisque panem parauit ad satietatem.
- Num. 17. c. 8 26 Sacrificia nanque Domini comedunt, quæ ei ac posteris eius assignauit.
- Deut. 12. b. 12, & 18. d. 1 27 Ceterum in terra populi nullam habuit possessionem, nec in gente sua portionem adeptus est: nam ipse Dominus eius hereditaria portio est.
- Num. 25. c. 13 28 Porro gloria ab his tertius est Phinees Eleazar filius, eo quod flagrarit studio religionis Domini, populoque desciscenti obstiterit optima animi alacritate, & Israellem expiarit.
- Mach. 2. f. 54 29 Quapropter Dominus pactum firmavit ei pacis, antistitem fore sacrorum in suo populo, ut ei ac semini ipsius amplitudo sacerdotij in perpetuum maneret.
- 30 Et iuxta pactum cum Dauide factum, ius regni hereditarium ad eius filium ex tribu Iuda pertinet: ita ius sacerdotij hereditarium Aaroni eiusque semini promissum est.
- 31 Det nobis Dominus sapientiam in corde nostro, ad populum cum æquitate iudicandum: ne bona eorum vnquam aboleantur, neque ipsius gloria eorum seculis.

CAPVT XLVI.

- 1 **F**ortis bello Iesus Naue filius, Mosis successor in munere prophetico.
- Iosue 12. c. 7 2 Hic secundum nomē suum magnus vir fuit ad conseruandos Dei electos, hostes confurgentes vlciscendos, & Israelitas inducendos in possessionem.
- Num. 27. d. 18 3 Quantam est adeptus gloriam: quoties manus suas extulit, ac gladium suum vibrauit in ciuitates?
- Deut. 34. b. 9 4 Quis ante eum talis extitit? is enim bella Domini gessit.
- Iosue 1. d. 2 5 Nonne sol restitit huius manu, & dies vnus ad duos excreuit?
- Iosue 8. d. 3 6 Quum hostes eum vndique premerent: inuocauit Dominatorem altissimum: & magnus Dominus eum exaudiuit, vehementi violentaque grandine lapidando.
- Iosue 10. c. 12 7 Prælio in gentes irruit, atque obsistentes inreremit in descensu: ut gentes arma eius cognoscerent, & bellum ab eo geri fauente Domino.
- B 8 Nam ipse potentem sequutus est, temporibusque Mosis misericordiam præstitit: quum ipse & Caleb Iephone filius hosti se opponeret, prohiberentque peccare populum, ac fremitum malitiosum comprimerent.
- Num. 14. d. 6 9 Hi duo seruati sunt è sexcentis peditum milibus: utpote inducendi in possessionem, in terram manantem lacte ac melle.
1. Machab. 2. f. 56 10 Caleb

- Iosue 14.6.12** 11 Caleb in super Dominus dedit fortitudinē, quæ ad senectutem vsque ei permansit: donec conscendit terram excelsam, eiusque progenies possessionem obtinuit:
- C** 12 Vt scirent omnes posterī Israelis quàm sit bonum sequi Dominum.
- 13 Porro iudicum quoq; nominatim omnium,
- 14 quorumcunque non scortatus est animus, & quicumque à Domino non defecerūt, memoria fuerit beata.
- Iosue 49.6.12** 15 Ossa eorum locis suis reuirescant, nomēq; eorū per successiones ad celeberrimos quosque illorum posteros traditum.
- 1. Re. 10.4.1, 16.6.13** 16 Charus Domino suo Samuel Propheta Domini, regna cōstituit, populōque ipsius principes vnxit.
- 17 Lege Domini gubernauit multitudinem, & Dominus Iacob respexit.
- 18 Hic fidelis Propheta probatus est, fidēq; sua in visione fidelis cognitus.
- D** 19 Dominum potentem inuocauit, prementibus eum vndique hostibus ipsius, agnūque lactentem immolauit.
- 1. Reg. 7.6.11** 20 Tum Dominus è cælo tonuit, magnōque tonitruī sono vocem audiendam edidit.
- 1. Reg. 12.4.3** 21 Ita concidit duces Tyrīorum, omnes Palæsthīnorum principes.
- 22 Denique antequam in perpetuum obdormiret, coram Deo & vnctō ipsius testatus est, se nec pecunias ab vllō mortalium, nec ad calceamenta vsque quicquam accepisse: neq; verò quisquam eum criminatus est.
- 1. Re. 25.4.1, et 28.4.3.15** 23 Etiam post obitum suum vaticinatus est, & Regi interitum ipsius indicauit: vocem suam è terra sustulit, scelera populi delenda vaticinans.
- CAPVT XLVII.
- 1. Reg. 12.4.1** 1 **P**ost hunc exortus est Nathan, qui temporibus Dauidis propheta fuit.
- 2 Sicut adeps à pacifica hostia, sic Dauid selectus fuit è filiis Israel.
- 1. Reg. 17.4.34** 3 Cum leonibus quasi cum hædis iussit, & cum vrsis perinde ac cum agnis ouium.
- 2. Reg. 17.8.49** 4 Nonne in iuuetute sua interemit gigantem, & opprobrium è populo sustulit?
- 5 Quando manum leuauit cum lapide fundamisso, superbiamque Goliath deiecit.
- 6 Nam inuocauit Dominum altissimum, qui dexterā ipsius roborauit vt hominem tolleret bello potentē, ac cornu populi sui extolleret.
- 1. Re. 18.6.7** 7 Is ei tribuit gloriam decem millium: Diuinisq; laudibus eum ornauit, eique diadema gloriæ detulit.
- 2. Reg. 5.6.7** 8 Circumcirca hostes attriuit, & Palæsthīnos inimicos redegit ad nihilum: adeò vt cornu eorum etiam hodie fractum sit.
- B** 9 In omni opere suo laudem Summo numini honorificis verbis tribuit:
- 10 Toto corde decantauit, dilexitque Creatorem suum.
- 1. Par. 16.4.4** 11 Cântores instituit ante altare qui suaues sono suo cantus ederent, suisq; laudes carminibus quotidie redderent.
- 12 Dies festos ornâmentis decorauit, & ad summum exornauit tempora quibus celebrarent nomen sanctum Dei, & à matutino tempore sanctuarium eius personarent.
- 2. Re. 12.4.13** 13 Dominus peccata eius aboleuit, cornūque eius erexit ad tempus perpetuum, fœdere pa-
- ctus ei regnum & solium maiestatis in Israel.
- 14 Huic successit filius sapiens, qui per illum in amplam possessionem venit.
- 15 Solomō regnauit tempore pacifico, & gloriam adeptus est: postquam Deus circumiecta loca reddidit pacata, vt nomine ipsius statueret ædem, ac sanctuarium in perpetuum pararet.
- 16 Quàm sapiens in iuuetute tua factus es, & fluminis instar repletus intelligentia:
- 17 Animus tuus terram omnem operuit, & allegoriis ænigmaticis impleuit: nomen tuum procul ad insulas vsque peruagatum est, pacēque tua charus fuisti.
- 18 Te admiratæ sunt regiones propter cantica & proueria, simul & allegorias, interpretationēque.
- 19 In nomine Domini Dei qui Deus Israelis cognominatus est,
- 20 Aurum congesisti vt stannum, & argētum instar plumbi cumulasti.
- 21 Lumbos tuos mulieribus applicuisti, tēq; tuo corpore in earum potestatem redigi passus es.
- 22 Maculam gloriæ tuæ aspersisti, nomēque tuum profanasti: offensam tuis importasti liberis, tuāq; stultitia tibi dolorem contraxisti.
- 23 Vnde bipertito diuisum est imperium, regnūque rebelle ex Ephraim ortum est.
- 24 Neque tamen Dominus misericordiā suam omisit, nec eam ex operibus suis disperdidit, neque aboleuit nepotes electi sui, nec progeniem sustulit eius qui ipsum dilexit:
- 25 Sed Iacob reliquias dedit, & Dauidi radicem ex ipso.
- 26 Ceterum Solomon cum patribus suis requieuit.
- 27 Et post se reliquit stultitiam publicam de suo semine,
- 28 Inopemque mentis Roboam qui populum suo consilio alienauit,
- 29 Et Ieroboam Nabatis filium, qui in errorem induxit Israelem, peccādique viam Ephraim tradidit.
- 30 Itaque multiplicata sunt eorum peccata, adeò vt terra eos sua pellerent.
- 31 Omnem prauitatem expetiuerunt, donec indignatio vltiōque super ipsos venerit.
- CAPVT XLVIII.
- 1 **P**orro Elias propheta velut ignis est exortus, cuius sermo quasi quædā fax exarsit,
- 2 Is famem grauem immisit in eos, ardorēque animi Deum amantis ad paucos redegit.
- 3 Verbo Domini cælum inhibuit, ignem de cælo ter deduxit.
- 4 Quam gloriam miraculis tuis adeptus es Elia, & quis paria tecum gloriatur?
- 5 Qui defunctū à morte excitatis, & animam ab Orco verbo Altissimi:
- 6 Qui detraxisti Reges ad interitum, gloriosūque de sede sua:
- 7 Qui audisti in Sina increpationem Domini, & in Horeb iudicia vindictæ:
- 8 Qui Reges ad vicem rependendam, & Prophetas tibi successuros vnixeris:
- 9 Qui procella sublatus fueris ignea, in curru equorum ardentium:
- 10 Qui ad reprehensiones temporibus certis adhibendas scriptus es, ad sedandam iram iu-

- dicij Diuini priusquā exardesceret, ad cor patris reconciliandum filio, & ad tribus Jacob constituendas.
- 11 Beati qui te viderunt, & qui in dilectione obierunt.
- 12 Nam nos vita viuemus.
- 4.Reg.2.c.11 13 Simulatque Elias turbine reclusus est, Elifæus spiritu eius repletus fuit: is temporibus suis non fuit percussus à principibus, nec in potestate cuiusquam reclusus.
- 4.Reg.13.d. 14 Nulla res superauit eum, corpúsque eiusdem Prophetam egit in dormitione.
- 21 4.Re.5.d.14 15 Miracula designauit in vita sua, operaque defuncti sunt admiranda.
- C 16 Neque tamen ob hæc omnia respuit populus, nec à peccatis suis recessit, donec à terra sua captiuus est abductus:
- 4.Re.18.c.12 17 Adeò vt populus in domo Dauidis paucissimus cum principe relictus fuerit.
- 18 Eorum quidem aliqui, quod rectum est egerunt: alij verò peccata sua multiplicarunt.
- 4.Re.18.d.2 19 Urbem suam muniuit Ezechias, & aquam in medium eius induxit: effodit rupem ferro, aquarumque causa fontes construxit.
- 4.Re.18.c.13 20 Huius temporibus ascendit Sênacherib, qui præmissis Rabface cõtra Sionem manum extulit, atque in superbia sua gloriatus est.
- 21 Tum percussa sunt corda manusque eorum, & in modum parturientium indoluerunt.
- D 22 Sed Dominum misericordem manibus ad eum extentis inuocarunt, & Sanctus è caelo eos exaudiuit, & redemit eos in manu Esaia.
- 4.Reg.19.g. 24 Castra Assyriorum cecidit, & Angelus Domini deleuit eos.
- 35 Tob.1.d.21 25 Ezechias enim, quod gratum erat Domino, fecit: seque fortiter gessit in viis Dauidis patris sui, quas Propheta magnus ac vaticinatione sua fidus, ei commendauerat.
- Esa.37.g.36 1.Mach.7.f. 26 Temporibus illius retrocessit sol, vitamque Regis prorogauit.
- 41 2.Mach.8.c. 27 Ingenti Spiritu nouissima præuidit, ac lugentes in Sione est consolatus.
- 19 4.Reg.20.b. 28 In æuum vsque futura prænuiciauit, arcanaque fata priusquam euenirent.
- 20 Esa.38.d.1
- C A P V T X L I X.
- 1 MEmoria Iosia est quasi quaedam mixtura odoramenti artificio vnguentarum confecta.
- 2 Omni ori mellis in modum dulcis erit, & vt in conuiuio hilari vino musica.
- 3 Hic ad conuertendum populum summam reuerentiam adhibuit, atque abominandas impietates sustulit.
- 4.Reg.23.d. 4 Direxit cor suum ad Dominum, temporibusque impiorum pietatem constabiliuit.
- 4 5 Præter Dauidem, Ezechiam, & Iosiam, omnes sceleratè deliquerunt.
- 6 Nam deseruerunt legem Altissimi, Regesque Iuda defecerunt.
- B 7 Aliis itaque tradidit cornu eorum, & gloriam genti alienæ.
- 4.Re.25.b.9 8 Electam sanctitatis urbem incendit, vicisque iuxta vaticinium Ieremias desolauit.
- Ierem.38.b.6 9 Hunc enim malè tractauerat, quum ab vtero Propheta ad extirpandum, affligendum, ac perdendum, rursusque ad ædificandum & plantandum consecratus esset.
- Ierem.1.b.5 10 Ezechiel autem intuitus est visum gloriæ, quod ei in curru Cherubim ostensum est.
- 11 Hic sub imbre meminit inimicorum, rectaque via incedentes direxit.
- C 12 Duodecim quoque Prophetarum ossa de locis suis reuiscant, memoriæque eorum facta sit atque beata: nam quisque eorum consolati sunt Iacob, eumque ipse cerra redemerunt.
- Suprà 46.c. 14
- 13 Quomodo Zorobabelem extollemus, qui quoddam in manu dextera sigillum est?
- Agg.1.g.24 1.Esd.3.d.2 Zach.3.d.2 1.Esd.3.d.2 Agg.1.d.12, 2.d.3
- 14 Atque item Iesus Iosedec filius, qui temporibus suis ædificauerunt domum, templumque sanctum ad gloriam sempiternam Domino paratum erexerunt.
- D 15 Inter electos etiam est diurnæ memoriæ Neemias, qui nobis muros collapsos excitauit, portasque instaurauit cum obicibus, ac domuum nostrarum fundamenta denuò substruxit.
- 16 Nemo verò in orbe similis Henoch exitit, vt qui de terra sublimis assumptus sit.
- 17 Neque Iosepho par vir quisquam ortus est: fratrum dux, populique firmamentum, cuius ossa conseruata fuerunt.
- 18 Sem & Seth gloria excelluerunt inter homines: & in creatione rerum, Adam inter cuncta animantia.
- Gene.5.c.24 Heb.11.d.5 Genes.41.f. 44, 42.d. 6, 44.d. 16, et 45.c.8, 50.c.18 Gen.5.d.3, d. 32 2.Mach.3.d. 4
- C A P V T L.
- 1 Adde & Simonem Oniæ filium, pontificem maximum, qui sacræ ædem instaurauit in vita sua, templumque ætate sua firmavit.
- 2 Ab hoc altitudo fundata est, excelsum munimen illud templum ambiens.
- 3 Huius temporibus receptacula aquarum diminuta, instaurata fuerunt, & ænea facta tanquam mare.
- 4 Hic populo suo maxima cum cura cauit à ruina, in vrbisque munitionibus includenda elaborauit.
- 5 Quam se gerebat honorificè, quum versabatur in populo, quumque è domicilio velo prætentato procedebat.
- 6 Quasi stella matutina inter nebulas, & perinde ac luna plena diebus suis:
- 7 Veluti sol irradians templum Altissimi, vt arcus illuminans nubes gloria illustres:
- 8 Vt flos rosarum verno tempore, & quasi ad aquas profluentes lilia, vt thurifer surculus tempore ætatis:
- 9 Et vt ignis aut thus in foco,
- 10 Vt vas auro solidum, omni lapide pretioso exornatum:
- B 11 Vt olea præclara & fructifera, & quasi cupressus quæ ad nubes vsque exaltatur.
- 12 Quum sumebat vestem gloria præstantem, quumque omni magnificentia induebatur, atque in ascensu sacri altaris amictum sanctitatis decorabat:
- 13 Partes item è manibus sacerdotum accipiebat, stans ad focum aræ.
- 14 Cingebat eum corona fratrum, vt plantæ cedrum in Libano natam, & vt palmarum surculi:
- 15 Omnibus scilicet qui ab Aarone orti sunt, cum sua magnificentia circumstantibus, sacrificiæque Domini, manu tenentibus coram vniuerso cœtu Israelis.
- 16 Ita ille ministras super aram vt sacrum perageret, sacrificiumque summi atque omnipotentis Dei decoraret, manum suam protendebat ad libamina:
- 17 Liquorem

- 17 Liqueorēque vuae sanguineum libabat, atque ad basim arae summo rerum Reçtori fragrans odoramentum effundebat.
- C 18 Tum filij Aaronis exclamare, tubisq; ductilibus clangere, & coram Altissimo vocem ingentem edere causa memoriae.
- 19 Tum quoque populus omnis communiter in idem incumbere, atq; humi procidere pronus in faciem, vt Dominū suum Deum omnipotentem ac summum adorarent.
- 20 Cantores etiā vocibus laudes agere, vt suae plurimo sono carmen ederetur.
- 21 Interim populus summo Domino supplicare, precēque fundere coram Misericordia: donec absolueretur cultus ipsius, sacrāq; ministeria peragerentur.
- 22 Deinde quum descendisset, ille manus suas ad omnem cœtum Israel extēdere, laudes Domino labiis suis tribuēdo, gloriādōque illius nomine:
- 23 Inde rursus adorabat, vt benedictionem Altissimi perciperet.
- D 24 Nunc quoq; laudate Deum qui solus vbiq; magna facit, qui nobis ab vtero incremēta vitæ dat, ac nobiscum pro sua misericordia agit.
- 25 Is nobis det cordis lætitiā, nostrisq; temporibus pacem concedat, vt priscis seculis in Israel:
- 26 Et misericordiam suam in nobis ratam faciat, nōsque temporibus suis redimat.
- 27 Duabus gētib; infensus est animus meus, atque tertiæ quæ minimè est gens:
- 28 Iis videlicet qui tenent montem Samariæ, & incolis Palesthinæ, stultōque populo habitanti Sichimis.
- 29 Doctrinam prudentiæ scientiæque conscripsit in hoc libro Iesus filius Sirach Eleazaro nati, Hierosolymitanus: in quo sapientiam animi sui effudit.
- 30 Beatus est qui versatus fuerit in his: & qui ea in corde suo reposuerit, euadet sapiens.
- 31 Nam si hæc egerit, valebit ad omnia: quia vestigium ponit in luce Domini qui piis sapientiam dat. Laudetur Deus in perpetuum. Fiat.
- CAPVT II.
PRECATIO IESV FILII SIRACH.
- 1 Celebrabo te Domine Rex, tēque seruatore meum collaudabo: nomen tuum prædicabo.
- 2 Qui mihi defensor fuisti, & adiutor, quod seruaris corpus meum ab interitu:
- 3 Et à laqueo linguæ calumniatricis & mendacio deditæ, contrāque aduersarios mihi auxilium tuleris:
- 4 Mēque pro magnitudine misericordiæ tuæ liberaſti à fremitibus eorum qui ad me deuorandum parati erant:
- 5 Atque etiā è manu vitæ meam quærentium, è plurimis quas perpeſsus sum, afflictionibus:
- 6 A suffocatione ignis vndique me inuadentis, è medio ignis, ita vt in eo non arserim:
- 7 Ex profundo Orci ventre, ab impura lingua, à falsa apud Regem criminatione, & ab iniustæ linguæ calumnia.
- 8 Ad mortem vsque appropinquaret anima mea,
- 9 Vitæque deorsum quamproximè Orcum B accesserat.
- 10 Comprehensum me tenebant vndique, nec vllus erat qui opem ferret: ad auxilium hominum respiciebam, sed nullum erat.
- 11 Tum misericordiæ tuæ Domine, recordatus sum, & huius consuetudinis qua vsus es à seculo:
- 12 Quoniam tu liberaſti eos qui te expectant: atque è manibus gentium vindicas.
- 13 Ergo è terra sustuli precationē, & vt à morte liberarer, orauī.
- 14 Dominum inuocaui Domini mei patrem, ne me dereliqueret in diebus afflictionis, quū essem omni superborum ope destitutus.
- 15 Laudabo nomen tuum assidue, & cum gratiarum actione decantabo: precatio enim mea est exaudita.
- 16 Seruaſti me ab interitu, atq; à tempore malo liberaſti.
- 17 Propterea gratias tibi agam, laudesque tribuam: ac nomen tuum celebrabo.
- 18 Iuuenis adhuc antequam peregrinarer, palam precatione mea sapientiam quæsiui. C
- 19 Hanc petebam ante templum, & vsque ad extremum exquirā eam in modum vuae matureſcentis efflorescentem.
- 20 Cor meum in ea lætatum est, pes meus rectā ingressus, etiam inuestigauī eam à iuuentute mea.
- 21 Aurem meā admouī modicè, ac didici, multamque mihi doctrinam comparauī.
- 22 Quum itaque progressum in ea fecerim,
- 23 Tribuam gloriam ei qui mihi sapientiam dedit.
- 24 Decreui enim eam præstare, sectariq; quod bonum est: neq; vllō pudore afficiar.
- 25 Animus meus secum conflictatus est, meaq; perpēdi facta:
- 26 Extendi manus meas in altum, atq; ignorationes eius recognoui.
- 27 Direxi ad illam animum meum, atq; in purificatione eam inuenī.
- 28 Coniunctū cum ea cor adeptus sum ab initio, propterea non derelinquar.
- 29 Viscera mea sunt cōmota ad quærendam illam, propterea bonā possessionē nactus sum. D
- 30 Dominus linguam mihi dedit mercedem meam, eaque ipsū laudabo.
- 31 Accedite à me o imperiti, atque in domo disciplinæ versamini.
- 32 Quīdam cunctamini? aut quid dicitis super his, quum animæ vestræ vehementer stiant?
- 33 Aperui os meum, ac loquutus sum: sine argento vobis comparate. *Esā. 55. d. 3*
- 34 Ceruicem vestram iugo subiicite, & anima vestra suscipiat disciplinam: eam inuenire in promptu est.
- 35 Vestris videte oculis me parum laborasse, multamque mihi requiem nactum esse. *Supr. 6. c. 20*
- 36 Participes estote disciplinæ cum maximo argenti numero: nam cum ea multum auri acquiretis.
- 37 Anima vestra lætetur in benignitate eius, neque vos laudis ipsius pudeat.
- 38 Agite maturè opus vestrum, & ipse dabit vobis mercedem in suo tempore.
- PRO-